



A

2999





A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADÉMIA  
MIKROFILMTÁR  
KÖNYVTÁRA



\* BIBLIOTHECA ACADEMIAE SCIENTIARUM HUNGARICAE \*

BUDAPEST

1960

FOTO:  
S.E.



MTA KÖNYVTÁRA

KÉZIRATTÁR

DISZMŰVEK

319.

MISCELLANEA.

KÉZIRAT ÉS NYOMT.

BUDA, 1804 után. 128 p.



Történel.

v. r.

205. m.

319





Index.

Objectorum hęc Tomulo comprehensorum

1 <sup>o</sup> Representatio Comitatus Neo gradensis, in Obversum Urbanis Re gulationis introduenda facta pagina - - -	1 <sup>o</sup>
2 <sup>o</sup> Scriptum cui Titulus est <u>Vera</u> <u>dat intellectum sub Diata Anni</u> 1764 editum. pag - - - - -	18 <sup>o</sup>
3 <sup>o</sup> Hujus Apologia pag. - - - - -	59.
4 <sup>o</sup> Instructio Pro Magistratu bus Popularem Ignobilium Conscriptio nem in Sequiam A. 2. 1802 perditur is per C. Pons. edita Una cum explanato ris Resolutumibus Regis. pag. - -	69.





Representatio Indylti Cottus Neogradi  
ensis in obversum introducenda Urbaniensis  
Regulationis facta:

Serenissime Dux!

Benignam Sua Matris Sima, voluntate  
tem ex Benigno. Gratioso Serenitatis Vesspa,  
et Ex: Regū Locumtillis Consilii sub ege July  
Anni Volventis expedito Intimato homagiati  
cum devotione intelleximus in eo, ut ubi era-  
tis Rusticorum querelis Sedes Dominales ce-  
lebrari Contigerit, occasione harum per Ju-  
dicium Nobilitum, et Durissorem ad Sedem ejus-  
modi Oratorem pro Testimonio adhibendos, ex  
singula Possessione, in qua nempe de Urban-  
ensi Regulatione agitur, Tres Seniores pro-  
bationis fidei Rustici super punctis in advolu-  
to Contencis examinentur, examinandum -  
porro responsa ad Processum exhibita una  
cum serie Processus Excelsi Consilio idcirco,  
ac ea cumprimis de causa submittantur;  
quoniam ad pertractationem, et bono-  
nem Urbaniensium Negotia plurimorum  
eorundemq;



eorundem qua in prioribus punctis aduoluta habentur subseruire valeret.

Præter hæc alterius quoque ordinis Bannæta Peregrinos; Prohibita quippe generalia per Regnum publicanda et titulo insignita non obstantibus quibusvis Urbaniis, Contractibus, et Usu Contrario per omnes et singulos adhienda, observanda, et publicanda submittebantur.

Liceat Serenissime Princeps, et Ex. Regium Locumtenens Consiliis si quæ adhuc Sancimonia Regibus inest, et si ad eos confugere pro peccato non imputatur, dolorem, et amaritudinem Cordium Nostrorum in lacrimas Maternum Clementissimum Dominus Nostra Animum emolituræ solve, si vero Veria indigni reputamus ad minus ad Symbolicam Alcefacta Matris Hinc Justitiam Conseruatis Subditis in homagiali deuotione appellare.

Libro Regum 1<sup>o</sup> Cap: 12 Non dixit. Linguet Dominus Populum suum propter Nomen Sanctum suum, quia Iuravit sibi eum facere populum, Deus Hungaræ est Populus ille, cui Divi longo ordine Reges Super  
Conseruandis.

conseruandis ejusdem libertatibus, et prerogatiuis Iurauerunt, et ab exordio inchoati Regimini per unum et quadraginta continuato Resu sibi succedentia Coronata Capita eodem ita conseruata ad hæc usque tempora persistent; Ille inquam est Populus, cui moderna quoque potentissima, et Clementissima quadagesima et secunda Princeps Domina Domina Maria Theresia occasione faustissima in augurationis suo sacro sacre spondit, uti ejusdem sacrum Diploma loquitur, quod præter ab antiquo deductam hereditariam Successionem, Coronationemque in reliquo Universas, et singulas libertates, immunitates, et Privilegia, Statuta, et Comunia Jura, Reges, et Consuetudines firmiter ac sacre observare dignabitur. Si ergo Regem Regum, et Dominum Dominantium uti id et sacris paginis crebrioribusque exemplis remonstrari potest Iuramentum obstringit; quanto certius Reges, et Principes, qui Simulacra sunt Cælestis Matris ligare debet.

Hæc.



Hæc interim non eo fine dicta sunt, quasi nos sinistra quæstionem de Alexata Ma. justate nostra summa cogitatio incederet, absit hoc piaculum a Devotis, et fidelibus subditis. Verum cum deventuræ in finem, præmissa insinuamus, quod in terra, totaque Orbe dedicata Augustissimæ Domine nostre Conscientia sumam spem, atque fiduciam prædicantes, firmiter nobis persuasum habemus Sacratissimam Matrem Cognoscere causa nostra æquitate summa Justitiæ, via officium adimplendum, imo alias Cardinalis Regni hujus Libertates sacris diplomatis inclusas Tit. 9. par: pmo necessitas observaturam: Primum quod ita sonat est: Quod si quisquam Regem et Principem nostrorum Libertatibus Nobilitatem in Exaltatione Excellentissimi Principis condam Domini Secundi Andrea Regis cognomento Hierosolimitani, quod observandum quilibet Regem Hungariæ priusquam suam caput sacro Diademate coronetur, sacramentum stare solet, declaratis et expressis

Contra:

Contravenire attentaret, tunc sine nota alicujus Infidelitatis liberam illi resistendi, et contradi. cendi habent in perpetuum facultatem: Secunda illa est: quod ipse quoque nosse Bruncus ad simplicem querelam, et sinistram inquisitionem, ac suggestionem alicujus Nominum Nobilium præter viam Juris, et altera parte inaudita in Persona vel Rebus suis Ordinaria auctoritate impedire possit. Tertia v: quod Justis eorum Juribus intra terminos Territoriorum suorum adjacentibus liberam semper prout voluerint ferendi habeant potestatem.

Utraque harum penitus suffertur, si ad simplicem Rusticorum querelas non jam privati deventuræ Nobiles, de totius Regni status et Ordines in Concursu præter viam Juris non citati, inauditi in Juris eorum Juribus per elaborationem Urbanalem Notabiliter restringentur: Utraria enim non alibi, quam in Pedibus Ducibus præsentis Testimonis Comitatus Confici possunt, Contra excedentes vero

et/



et Subditos opprimentes via alia Legibus Regni si-  
 gnantes 18. 1725 et 25. 1729. ordinata habentur.  
 Quid quid ergo sive per Excelsum Regium Locumtenente  
 Consilium, sive per Comitiatus Regias, seu  
 alium quumcumque Legibus nostris ignotum Cauan-  
 tem in puncto Regulationis Exactionum Us-  
 barialium ageretur, nunquam Legibus publicum  
 omnium Statuum, et Ordinum Regni Conse-  
 sum requisitis robur, et firmitatem obtine-  
 ret, prout asseritur ad 3. 1715. et 6. 1741. Confir-  
 matus, ubi asseruntur habentur, quod ad instar  
 aliarum Provinciaarum sub Mattis Hinc gubernan-  
 di non sumus, inuenit hoc ipsum quod ad 14. 1718.  
 per ad. 5. 1727 Confirmato, per quos nec Regnicola  
 Mandatis extra Terminos Iudiciorum, seu Coram  
 Iudicibus Ordinariis, seu Deputatis Regni Iusi-  
 stare cogantur, neque Ordo Iuris per quumcumque  
 turbetur, praecautum habetur.

Barricida, Fur, Sacrilegi, Latrones, Sic-  
 carii, et quibusvis atrocissimis Criminibus im-  
 plicari Nobiles, nisi in Loco delicti deprehendantur,  
 absq[ue] forma Citationis neque in Persona Capi, neq[ue]  
 vinciri possunt, in detestando vero Crimine Loco  
 Mattis Comprehenduntur quidem, sed audiuntur,  
 et non secus, quam Judicialiter in sua Compe-  
 tentia Conuinci exequuntur. In negotio autem  
 isthoc Urbani non citato, inaudito, Iudicisq[ue]  
 extraordinariis forsan, et sub praesidio externorum  
 Celebratis.

Celebratis Conuincimur, atque executionem uti-  
 complures Casus Transdanubiani testantur, pati  
 Cogimur.

Coera est Subditorum erga Dominos obli-  
 gatio cum exordio Nobilitatis, et Domini nostri,  
 quemadmodum enim inuenit talo 2<sup>o</sup> Lad. p<sup>o</sup> Com.  
 munitatis Consilio, et praeccepto prompte pa-  
 rentes in libertate permanebant, ita contuma-  
 ces, ac desides in perpetuam illorum redigeban-  
 tur seruitutem, atque ex hinc clarum est, Domi-  
 nium nostrum in Rusticos propria maiorem No-  
 storum Virtute Consecutum ante reformationem  
 regiminis iam vixisse, neque aliter, quam cum  
 reciproco, ac reflexibili connexionem, ac mutua de-  
 pendentia sicut uti verba praecitati tituli habent,  
 potestas Regiminis per Cmunitem primum  
 in Principem nostrum S. Stephanum translata  
 fuit ita, ut pro ut Rex omnem Concedendi Nobi-  
 litatem, et Dona a populo, a Statibus, non aliter  
 quod Status Nobilitatem, ac Dona sua a Rege ha-  
 bent.

Nota hinc sunt mutua Regis, et Statuum  
 officia, et obligamina, in Leges relata adeo, ut  
 iuxta titulum quod Lad 1<sup>o</sup> Rex. priusquam sub  
 Caput sacro diademate Coronaretur super obser-  
 vatione Andreo Secundi Decreti Iuramentum  
 attaxit.



stare debeat. Hæc Lex quamvis ad 4. 1687 li-  
 mitata, et in certa sui parte sapienter, et pro-  
 vide explanata fuerat, in Substantia tamen man-  
 sit eadem sub spe, quod Regia Matthias Univer-  
 sos Status, et Ordines in suorum Universis-  
 prerogativis pietissime Mantentura, ac  
 Indemnis Conservatura sit. Sub precessit  
 itaque Conditionibus 1527 post fatalem Ludovici  
 Regis in Campo Mohats eodem Sacrum Diade-  
 ma una cum Imperio Status, et Ordines Re-  
 gni non Coacti, sed proprio Nutu, Spontequæ ac  
 benevole in Ferdinandum 1<sup>um</sup>, ac post hunc in  
 Augustissimam domum Austriacam, Ita sub-  
 seque per ad. 3. 1687. hereditariam Successionem,  
 erga tamen præviam, prædeclaratæ modo-  
 affidavitæ præmittendæ in sexum ejusdem  
 Augustissimæ Domus masculinum trans-  
 tulerunt. Ita deniq. anno hujus sæculi 27<sup>o</sup>  
 Successionem eandem in Augustissimum etiã  
 sexum femininum extenderunt, spe certa præ-  
 ti sub potentissimis Manuscriptis, Austria-  
 cæ Aquilæ, alis sibi, Patriæ, et Libertatibus  
 Contra quosvis Invasores optatissimum  
 se securitatis portum reperiuros.

Cum proinde i præinsinuatæ -  
 manifestum

manifestum evadat Jus, et Dominium Nobilium  
 in subditos Unam esse ex præcipuis Statuum Regni  
 prerogativis totæ Sacrorum diplomatum Clypeis muni-  
 tam pro Nunc a Consequenti evincere est, re-  
 strictionem hujus Dominalis potestatis per elabo-  
 rationem Verbarum, necessariam inducibilem sub  
 prævocationem act. 8. 1741 Cadere, ubi Regni-  
 cola per moderatam Augustissimam Dominam  
 Clementer asscurati habentur de Clausula di-  
 plomatis: prout semper eorundem usu, et intel-  
lectu Regis, ac Comuni Statuum Consensu Distri-  
ctè conventum fuerit. ad Fundamentalia  
Jura, et Libertates non extendenda. Si porro  
 de his vel in Comitibus Regni publicis Conve-  
 nire præcitato ad. Cantum est, quomodo talia  
 extra Distam non observato Juris Ordine, atq.  
 evidentissima Vulneratione prævio modo inar-  
 ticulata, asscuratiõis regulari possunt.

Objicitur equidem per insinuatam Ver-  
 barum Confusionem nihil Libertatibus Re-  
 gnicolarum præjudicium inferri, dum præ de  
 ejusmodi regulatione complexæ Leges Condita  
 haberentur, Signanter sub Ulla 1514 sub-  
 Ferdinando Primo 1548. et 1553. Maximiliano  
 1566. In quibus Rusticorum Census, Servitia, et Mu-  
 nera Dnis suis præstanda definiunt. *strimadvertend.*



Animadvertendum interim primo per  
 precipitatas Leges procedantem Urbaniatum Davia-  
 rum usum minime sublatum, quin potius per  
 ad. 15. 18. et 20. Ullah Regis proventus Dominiorum,  
 et Nobilium ante ea tempora dari, et percipi-  
 Consvetos ultro, et discrete stabilitos esse. Animaver-  
 tendum secundo Regulationem ejusmodi Distaliter  
 projectam nunquam universaliter in omnes  
 partes, et angulos Regni inductam fuisse: neque  
 induci potuisse: quemadmodum enim indispu-  
 tabile foret, uni tantum, eidemq. Cottui ingemi-  
 ata Lora diversissimis beneficiis gaudere, ita  
 naturalis sequela flueret prestationes quoque  
 subditorum a participatione beneficiorum pro-  
 fluentes ubique uniformes esse require; In  
 hoc namq. Lora, et Cultura Agrorum, in aliis  
 intertextione, et quatuor pecorum, hic et Curialibus,  
 et manuaris operis, alibi promontorialibus, ac denique  
 Curialibus subditis per Dominos indulgere solitis,  
 ac ceteris idgenus beneficiis pecunias Congruen-  
 di, et rem domesticam augendi Rustico Sufferit  
 modus, et occasio.

Iam quomodo in tam distinctis  
 Beneficiis stantes ad uniformem sive servilem  
 obligationem, seu pecuniariam solutionem reduci  
 possunt? utiq. Viventorum diversa ratio habenda  
 est.

est: Verendum sane est, ne dum cum preju-  
 dicio Rusticorum Dominiorum Rustico alleviandum quere-  
 mus, huncis ejusdem Insupportabile Legum, et  
 onus imponamus: Sicut enim Nonnullarum  
 partium beneficio Comprimis commerciorum  
 privatorum talis est, in quo Rustico facilius  
 accidit 20. et ultra dierum spatio laborum per-  
 ficere, quam vel Unicum frum Domino suo de-  
 pendere, in aliis i. Contra, ubi commerciorum  
 promotione, et Continuis Curialibus Vecturis oc-  
 cupantur, per prestationem roborarum plus  
 amittunt, quam si 20. vel 30. fl. immunes  
 a laboribus Domino suo annue pendere.

Hinc non abs re in practicabilitate  
 Uniformis regulationis per Universum Regnum  
 aequaliter induenda observata non solum Ur-  
 banieliter confecta, Sed et usualia successive denno  
 stabilita fuerunt dum per ad. 101. 1715. et 18. 1720.  
 Magistratus Comitatuses authorisantur, ut Subdi-  
 tos ab oppressionibus Anorum suorum immunes  
 Conservent, ne quibusvis insolitis oneribus per-  
 ipsos graventur, annuis Legum precipitatarum  
 dispositioni Ipsa quoq. Augusta per Derignum  
 sub dato 19. martij 1765. ad Status et 00. Regni  
 occasiones



Occasione Novissima, dicta, expeditum rescriptum  
 mediante quo Conservatori miseræ Contribuentis  
 Plebis justa Leges Constitutas semet Clementer  
 prospecturam declarare, omnesq; Una, et Singu-  
 los adhortari sua Materiam Summa dignatur, ut  
 eundem saluberrimum finem patri prorsus  
 Cura habeant, eoque adlaborent, quatenus illicitas,  
 et illegales Contribuentis plebis oppressiones, et  
 encroachmentes efficaciter tollantur.

Cuius ergo quæritur Nova provisio? dum  
 Leges Patriæ secularium usu firmatas in materia  
 Urbani procedendi normam præscribant, non de-  
 tractamus, neq; fugimus Ordinarium Iuris Pro-  
 cessum, negari enim non potest reperiri Complu-  
 res Dñs, Contra quos Iura, ac fundata querela  
 ponantur, justum adeo est, ut præscripta modali-  
 tate in Lege coercantur, sed propter horum exces-  
 sus ad Convulsionem Universalis Systematis Conse-  
 quentiam formari dolemus.

Rebellibus, aut Armis devictis populis  
 Leges Novæ pro Arbitrio Victoris dictari solent, jam  
 per se via insinuatam habetur, Peccatum nostram  
 non Coactam, neque armis subjugatam, verum  
 sponte, benivole, ac proprio Nutu optatissimo, ac  
 faustissimo Austriacæ domus Regimini, et Tutelæ  
 semet subjecisse, devotione vero, et fidelitate, quibus  
 Dñam;

Dominam nostram prosequimur: absit verbo Invidia  
 nulli Nationi cedimus. In ipso quippe inchoati-  
 faustissimi Regimini exordio postquam Sacratissima  
 Cæo Regia Materiam tum per Benignam Coram Stati-  
 bus et OO. Regni Distaliter Congregatis Regio suo Thro-  
 no factam propositionem, tum mediante ad eos exa-  
 rato scripto Infensa Ducis Bavariæ, Molimina,  
 exag. Sacram huius Regni Coronam formatam pro-  
 tectionem detegere, ac simul in arctissimis il-  
 lis Circumstantiis dum nemp: Præfatus Ele-  
 ctus Numeroso Fallo milite Regatus Superiorum  
 Austriæ Provinciam hostiliter invaderet, et ipsa  
 quæque Regiam obsidere nitere. Præfatus pro-  
 do Altesse Summa Materiam in Silesia Contra faciem  
 Regis Borussiae vim oppositus detineretur, pro-  
 fatus Status et OO. non modo ad præcæm Gentis  
 Hungaricæ Virtutem, et Capienda Contra Inimi-  
 citiæ suæ Arma Clementissime adhortari, verum  
 etiam Sacram suam Personam, Augustasq; Regias  
 proles fidei, et Consiliis fidelium suorum Hun-  
 garorum Clementissime Comittere dignata est,  
 illis Clementissimam hanc exag. fidelem Hæ-  
 reditarium Populum Concessatam fiduciam,  
 Materiam affectum homagiali cum devotione  
 suscipientes;



Suscipientes in defensionem Iustissimum Re-  
 giorum, et Regni, et Sacra ejusdem Civitatis, Ducum  
 vitam, et sanguinem prompte immolantes, Per-  
 valem Regni Insupercessionem ultra obligationem,  
 adeo ex puro zelo, et devotione ordinaverunt,  
 ac intra exigui temporis spatium formidabilem  
 ex Pedestri agere, ac Equestri Militia Consisten-  
 tem Exercitum in Aseram eduxerunt, Cujus  
 Virtute exactus ex Provincia sua Mattis Hinc  
 hereditarius hostis, expulsa Davasia, Conservata  
 Sacra Regni Corona.

Anno paciter 1740. Contra scitum Doctus-  
 sis Regem Bellum Novo apparatus renovatum Univer-  
 salis itidem renovata fuit Insupercessio, Occasio-  
 ne autem Novissimi Belli subsidia gratuita in  
 ore, Milite, Annona, repetitum oblata, Ind usita-  
 ra fuerunt, Cognita sunt Toti Orbi Europaeo de-  
 votum ejusmodi Subditalum Zelum, et prompti-  
 tudinem Novissam Ipsa Augusta per Circularia  
 Designa rescripta sua ad Publica Regni Archi-  
 va Coartitati in exemplum rescripta saepe saepe  
 recognoscere.

Dum proinde omnia ea, quibus pro-  
 stare majora non valimus, et quae nulli divo-  
 rum sub Mattis Hinc prodeceporum Majores  
 Novissae fecerunt, haec prompte adimplevimus,  
 in.

in futurum paci fidelitatis ardore nosmet ad-  
 impleturos Spondemus, et ad Sacros Mattis pedes  
 Venerabundi humillime provoluti supplicamus, ne  
 patiarum Summa sua Mattis ad Simplicis simul-  
 tantium querelas in justissimis Ducibus per  
 extraordinariam quamvis Urbanorum Confectio-  
 nem preter viam Ducis, et inauditos restringi.

Hac enim ratione accessu cunctissimis  
 supremi favoris animatis Ducibus Indulgentis,  
 Simos quoque Ducis Calumniam propterea non de-  
 erunt. Triste hujusce rei spectaculum exhibent  
 Partes Trans-Danubianae, ubi a potestate primo  
 Ducum suorum, deinde a Jurisdictione Magi-  
 stratum Comitatusum abstracti, exorta ex-  
 usosq; reverentia eo audacia prosuperunt,  
 ut passim Census, Labores, et decimas Ducis suis de-  
 negent, allodiarum inter se pariter pro lubitu,  
 Curias Nobilitates impune invadant, officiales Do-  
 minales, quin et ipsos Magistratuales ad necem  
 deprecant, captent, exercent, Verberent. Tragicum  
 sunt haec in medio pacis Spectacula, Metuendum  
 non vane est, ne postea haec saeva etiam residua  
 Regni Partes Corripiat, admittendum profecto es-  
 set, ut malum hoc donec altiores legere va-  
 dices, evellatur. Huius autem vix alio occurri  
 potest remedio, quam si sua Ducis Terraribus,

et.



Tota obsequium omnia exim  
militia bene recedebant.

et Magistratibus restituatur veneratio, et auctoritas. Erro enim prius tempore tumultus hi manu militari compesci possunt, recedunt tamen facile ad casum inopinati cujusdam externi Belli, dum Milite Regno educto, metu soluti liberius quassantur, Quis tunc in ordinem reducat effrenatos, et se pro concepta Libertatis mercato? Sistitur necessario status publici administratio, Magistratualibus enim, et ex quibus hi constant Dominis Terrestribus Personae proprias, et sua contra Invasores meri satis esse negotii. Non nos latet tumultuantes adversus Dominos suos Membra quippe sacra Coronae semet perfide exigentes Prostantibus suis favorem Conciliaturos Communiter adstante: propter horum aggravia eosdem ad publica ferenda onera Inhabiles reddi, Satis tamen credi par est retracta gratia, et Beneficiis Subditis per Dnos passim straxi solitis Notabiliter inferiores efficiendos, quibus in actu quoque in omnibus fere Partibus Regni Jumentis, frumento, vino, et ore privato Domini subveniunt, quorum adminiculo opera publica facilius ferre possunt, cujusmodi tamen favores per Dominos merito ab ingratis recipi possunt.

Prater

Prater induita Considerandum Veritas obligationem Insurrectionis nostrae in Libertatibus, et prerogativis Justis radicari, propter hanc enim a Contributione in perpetuum omnes Immunes Nobiles Lege declarantur. Secretis in Nobis Principis nostri Vires habet ad terrendos hostes plurimum valentes, Conservati presidii hujus Gravium Regum nihil constat, et tamen validum, et quod plurimum facit, fidele ac perpetuum est. Ne patiatur Gravitas Majestas Sua Sima robur hoc de generatione in generatione perducens, per Subtractionem libertatum labefactari, penes quas, quia Chariores vita, et Libertas nostris reputantur, ad hostilis cujusvis Interruptionis Casum pro defensione sua Matris Simae, et Successorum sacra Coronae, ac Patriae ultimam guttam sanguinis effundere parati sumus.

Præmissorum itaque, et his Majorum sibi apprime Cognitorum intuitu ne dedignetur sua Serenitas, et Ex. Regium R. Consilium apud Augustam efficaces vices suas interponere, Matrisque Simae Matris Cor ad humillimas fidelium suorum Subditorum preces flectere,  
Qui



Qui vitam, et sanguinem pro Incolumitate, et  
Incremento Augustissimæ Domus Austriacæ, Ul.  
pro lubentes immolant, dignetur Acceptata  
Hinc Mater hæc sanguinis nostri Sacrificio  
Clementer contentari. Qui Cæterisq[ue] submisso  
Cum Venerationis Cultu perseveramus Materis  
Hinc, humillimi Servo.

Sub Dicta Regni Hungariæ, Bar.  
tiumq[ue] eidem adnexarum Anno 1704. -  
In Libera, Regiæq[ue] Civitate Posoniensi Ce.  
lebrata. Opus hoc a quodam Patriæ  
Amantissimo sub Titulo: Vexa dat in-  
tellectum: prodit.

### Paragraphus 1<sup>us</sup>

Qui Circumstantias, Dictam hæc fecerunt,  
et Concomitantes notant, facile credunt, Mali-  
gna Invidorum projecta, et studia eo contende-  
re, ut optimam, Piam, et Justam Clementissimam  
Dnam Nostram, rescio quorum emolumentum  
Ipe oblata seorsim inducant, ad totam Re-  
gionis Hungariæ formam legibus Veteris,  
et.

et usu perpetuo stabilitam, exercendam, et abolen-  
dam reliquias Libertatis Hungariæ, et Leges perve-  
xinas in Regnum inferendas.

### § 2<sup>us</sup>

Civibus, DCO, Regi, et Patriæ fideli-  
bus; Sub gravi DCO reddenda Patris onere incum-  
bit, ut in tanto periculo oculos aperiant. Legem  
DCA, Naturæ, et Patriam pro viribus zelent,  
piam, et justam Clementissimam Dominam  
suam ductu S. Stephani P. 2. c. 1. ab insanis,  
et improbis membris talium Consiliorum fabris  
custodiant, eaq[ue] juxta prescriptum Evangelii  
prosciendi procurent, ne Contagione in di-  
es latius sequeute cum DCA. Legem suam,  
fideiq[ue] sub invocatione tremendi Nominis sui  
data, vindicis iram in Regnum provocent.  
Cum se, populareq[ue] suum in Calamitosam  
Servitutem, quæ nullis Unguam Posterorum  
lacrimis diluatur, incauti, et improvidi pro-  
cipiant: Faciant Vicina pericula Cautos.

### § 3<sup>us</sup>

Pro modis tuendi avita Jura, et  
Libertates hæc Servare possent: Primum ut  
Status



Status et Ordines Regni Nullis Artibus, Blan-  
 dimentis, aut minis sinant se induci ad ali-  
 quam Legem, ex qua subinde Veteribus Legibus,  
 Privilegiis, et Immunitatibus vel minimum pro-  
 judicium inferri possit; vim enim et Coactionem  
 omnem abfuturam plene pollicetur Pietas, et In-  
 spira Domini Clementissimi, Sancto Divinorum  
 Iudiciorum metu regi adverte. Vix etiam eam  
 sperdebunt, quamcumque impii Projectiste in his  
 quidem Augusta Domus, et ejus vicinorum Circum-  
 stantibus, nisi forsitan hostili ore Conducti sint,  
 ad ea cunctanda Consilia, quibus Augusta Do-  
 mus Majestas, et Potestas ad extremam ruinam  
 precipitetur; cum enim Norvorum Ministrorum  
 Consilio antiquis potentibus Amicis omnibus  
 destituti sumus, à Regno vero Confedera-  
 to, et nimis dissito, et alieno opis indigo  
 nihil oportuni auxilii sperare possimus;  
 tum item a parte Turcia incerta, imo vel  
 propter foedus cum Borussia intum, propter  
 quod ipse Hungaricus ab Ultimo pacis tra-  
 ctatu exclusus, suspecta sunt omnia; cum  
 denique Moscoviam habeamus alienam, Bor-  
 russus in factorum quodam vult observans  
 vires majores, et per conjunctionem cum  
 Moscis, et per factionem, quam nunc in  
 Polonia;

Polonia fovet, in dies colligat, quis nisi amens  
 et perfidus Augustus sperdet? Ut etiam fide-  
 lissimos Subditos suos violenta quapiam agendi  
 ratione a se alienet; ad minis Criticum  
 Diplomaticarum Conditionum, Paucorumque  
 bilateralium examen excitet, et temporum In-  
 doctissimum cum dolore meminisse cogat.  
 Sed et si quapiam vis inferretur, tam in Natu-  
 ra, quam in Ethicis dudum exploratum habetur;  
 quod nihil violentum duxit, mutatis ergo tempo-  
 ribus vis facile cessabit, aut depelletur; non  
 ita voluntarium vulnus si quod in Legem Bu-  
 llicam irrupserit. Porro sius initio perquam  
 irreperitibus vitiis in Tyrannidem Regna con-  
 versa sunt, dictante Numerorum C. Pe Necessa-  
 rio opus fuit Legem condere, ita etiam si eo  
 inclinent, opportunis positivis Legibus tempe-  
 randa sunt. Itaque

§ 4<sup>us</sup>

Alterum positivum medium esset dico-  
 tione Lege stringere Consilium R. Regium Hunga-  
 ricum, ut Instituti sui memores sit accuratius,  
 nullum vero Civile, Iudiciale, Politicum, et Mili-  
 tare Mandatum, Decretum, seu quodcumque  
 Rescriptum;



Rescriptum sub poena Infidelitatis in Majestatem  
 Corona, genus Regem et Regnum residentem ob-  
 servetur, nisi prius per Idem Consilium Hungar-  
 vicum & Regum ductu Legum Veterum & Subje-  
 ctis à Regno electis Conflandum discutatur,  
 an non antiquis Regni Legibus, Consuetudinibus,  
 Juribus, Libertatibus, et Prærogativis, aut  
 etiam Regimini Ecclesiastico per positivas Pa-  
 tris Leges secundum Sacrorum Canonum  
 Auctoritatem motitudo adversetur; Hac ratione  
 non pauci Europæ Provincie se, Libertatesque  
 suas ab omni vi et Noxia Novitate egregie  
 tuentur, neque id aliquid exotici in Regnum  
 nostrum invehet, Consilium enim Decretum  
 neutiale<sup>Re</sup> Hungaricum jam ab ipso suo Institu-  
 to per Clarum tenorem art. 102. 1723. id eo  
 est excetum: Ut Distales Conclusiones per  
 eos, quibus incumbit, effectui mancipari  
 facias: Incumbit vero apud Nos etiam Regi  
 Distales Conclusiones observare, ut enim  
 ex Diplomacibus, Juramentis, et innu-  
 meris Legibus, Signanter B. E. Tit. 5. mani-  
 festum est. Rex Noster ligatur Legibus  
 nostris, que solus nec ferre, nec  
 abolire potest; Quidni ergo jam a primo  
 Instituto.

Instituto incumbit Consilio nostro, ut etiam Regis  
 Decreta omnia examinet: et an id observantia  
 Conclusionum Distalium, aut vò potius ad eorum  
 eversionem directe, vel indirecte tendat, disqui-  
 rat, Noxia reverenter seponat, profutura publi-  
 cet; Potest vò Regnum tuto in hoc Consilio fide-  
 ciam Collocare, Multoq; potius quam in Cancellaria  
 Aulica Hungarica: Quamcumque enim bonis Patri-  
 civibus constat; reverentia tamen semper Hen-  
 tis Mathis metu est obruta, Quid si etiam Ger-  
 manici Ministerii assidua Consuetudine fa-  
 miliaris, artibus, et Suggestis Consiliis interdum  
 peroria? Contra Consilium Reverentiale,  
 et plura ex toto Regno Capita: quid si etiam  
 Arbitrio Diato deligenda? Nemesat, et pro  
 Membris habet præcipuos Patres Patrie, Pri-  
 matem, Palatinum, Ceterosq; Regni Darones,  
 qui nec quod sperant, nec quod metuant facile  
 inveniant; Sed ad uberosam cautelam pos-  
 sent iidem obstringi Juramento secundum  
 Ullal. D. 7.ºi art. 3.º quod omnia pro Comu-  
 ni Bono, et utilitate Regni agent.

§ 5.º  
 Tertium Positivum Medium est, -  
 Condere.



Condere Legem hujus tenoris: Quoniam Ma-  
 jestas, Sacra Corona Hungaria, ejusque Jura essen-  
 tia non solum per se solum Regis nostri Perso-  
 nam, sed etiam per se Regni Praelatos, Barones,  
 Magnates et Nobiles, Verbo per se Status et  
 Ordines residere dignoscitur, quemadmodum,  
 qui Sacram Regis Personam, ejusque Majestaticam  
 Jura invadere attentant, Criminiis Lese Ma-  
 jestatis rei habentur, Solius Regis, aut pe-  
 culiarium ejus delegatorum Judicio subsumunt,  
 et a solo Rege vita, Honorum, Gratiam obti-  
 nere possunt, ita etiam quicumque deinceps  
 Contra Majestatem in Statibus et Ordinibus  
 partialiter residentem, seu Contra Jura Ma-  
 jestatica eis de Rege, et Consuetudine Regni  
 indubitata usque unius Competentia sive Ver-  
 bo, sive scripto, sive facto quovis temerario  
 Insurgere, ea vellicare, et oppugnare atten-  
 taverit, perinde Criminiis Lese Majestatis Reus  
 habeatur, liberrima, et absoluta hanc talem  
 judicandi Provincia soli Tabulo F. Virali,  
 Citra omne ulterius Juris Remedium per hanc  
 Legem attributa, potestate autem aggregandi  
 Solis Statibus et N. in Dieta Congregatis  
 reservata.

reservata: Hoc Lex esset solum explicatio, et pru-  
 dens, ac provida applicatio Legum veterarum; Omni-  
 bus enim Publicistis recepta est Mattis definitio:  
 Quod sit Suprema Potestas gubernandi actiones Ci-  
 vium, et Communem Reipublicae securitatem, et fe-  
 licitatem, essentielles vero Majestatis Barres  
 Constitunt in his Jurebus nempe: In potestate  
 Legislativa, qua Judicia Sentis, et cetera actio-  
 nes gubernentur; in inducendis Tributis, Sta-  
 tuendis Vectigalibus, quibus Nervus rerum  
 pro quiete, et felicitate Reipublicae gerendam  
 continetur, in tractandis Jurebus Belli, et Pa-  
 cis. Quibus autem Legum Nostrarum gnarus  
 palpasse potest, quod tam Definitio, quam Jura  
 hae Majestatis intrinseca non solum Regi nostro,  
 sed etiam, sed etiam Statibus et Ordinibus Regni Con-  
 veniat; Qui probam assumpti possit, videat Leges  
 Nostras de modo gerendarum Legum, de Contributio-  
 ne, Tributis, Decimis, et Vectigalibus, de In-  
 surrectionibus, et Subsidio Belli, de Bello, et pace  
 constituendis, ostendunt illa, quantum Potestatis  
 Competat ubique Statibus, et Ordinibus Regni.

& Quis

Quartum pro antiquis Regni viribus  
 retinendis Medium est, Urgere: ut Transylva-  
 nia Regno Hungariae reünctoretur, et in  
 Anni:



Anni 1595. Tractatus cum Transylvania initus,  
 et ad finem Dieta ejusdem velatus Art. 2.º per  
 expressum habet, ut Familia Bathosy in Sexu  
 Masculino deficiente Transylvania veniat in  
 Potestatem Regum Hungaricis, tanquam Verum,  
 et inseparabile membrum, huc indubie respici-  
 ente etiam Art. 18. 1741. Iuxta vero hunc gravis-  
 simum præjudicat Nuperæ Institutio Baronum  
 Regni in Transylvania, quasi ea esset Regni  
 penitus distinctum, et a Corona Nostra cujus  
 Legibus gubernabatur, ejusq. Jurisdictionibus  
 Supremis independens. Hungaria nullum  
 in Transylvania agnoscat Baronem Regni,  
 nisi Vajvodam Transylvanis, et Comitem Si-  
 culorum C. 1.º & 94. ea novitas ne saltem  
 pro Casu acito, electionis per Art. 2.º  
 1723 reservata, humanitasq. possibilis aliquid  
 præjudicii, Juribusq. Sacre Coronæ Nostræ  
 diu inferat, Cautè providentiâ, obviandum  
 esset, nunc vero id Minimum sub Metu, et  
 Germanis ejus Ministerio demonstrandum,  
 quod ad emolumenta ex Corona Hungariæ  
 provenientia, quæ invidi, et malevoli eleva-  
 re student, Omnino ea etiam sint referenda,  
 quæcumq. ex Transylvania, utpote inseparabili  
 Coronæ Hungariæ Membro proveniunt.

§ 7<sup>us</sup>

§ 7<sup>us</sup>  
 Huc pertinent reintegratione Danatus Temesensis,  
 et provida Cura, ne qui indirectè jure fiant ad  
 Croaticam non Hungariæ, sed Austriæ recedendam obno-  
 xiam, quod Argumentum elucubrandum jam sub  
 Leopoldo susceperat Rittersius Decreto Regio etiam ad  
 Archivum Zagrabiense, sicut nuper Hollar ad Cam-  
 erale Bosoniense ingressus, Conatus illius mors inter-  
 cepit; in hoc tamen quævis Veteres Chartas in-  
 perite protrahendi periclitari non visis, an non  
 Rittersiana ora Hæreticis supponat Rottario ad  
 excludendum. Consiliarius verum Nostræ in-  
 vidis bene notum est illud: Divide et Vincas. neque  
 Nos ignoramus, quod vis unita sit fortior, et quod  
 funiculus Triplex difficile rumpatur; præterea  
 quod Reges Nostræ ad fines Regni recuperandos,  
 presentes non imminuendos, Partis publicis, et  
 Jure Jurandi alioquin teneantur, unde si etiam  
 ex Syrmio, alijsq. Hungariis, seu Hungariæ ad-  
 nexis Partibus subinde aliquis Principatus,  
 vel Ducatus erigeretur, cautè prospiciendum  
 erit, ut Is Hungariæ Legibus gubernetur; Dux  
 vero talis, aut Princeps teneatur posse Jura  
 Mentum fidelitatis erga Majestatem Sacre Co-  
 ronæ Hungariæ, quæ Majestas, ut jam dictum,  
 jure Regum, et Regnum residet.

§ 8<sup>us</sup>



§ 8<sup>us</sup>

Quod Benignas vero Propositiones Regias huic Dietae exhibitas, sicut studendum est, ut offi-  
 nostro, Regis, et Regni necessitati pro temporis exi-  
 gentia, et viribus non desimus, ita sequentium  
 Principiorum in Lege nostra aperte fundamta  
 oblivisci non debemus.

§ 9<sup>us</sup>

Hungari quorum Praedecessores Regnum hoc  
 cum effusione sanguinis, uti habet Ullas D. 7. A. 75.  
 acquisiverunt, sicuti Rege carere poterant, ita  
 postquam sponte eum elegerunt sibi, in arbitrio  
 ipsorum fuit: quantum ad Jura, Jurisdictionis,  
 ut utilitatis in eum transferant, et licet  
 etiam Regibus liberam quavis potestatem Regiam  
 his vel illis Limitibus Circumscriptam acceptare vel  
 non, postquam tamen ita restrictam acceptarunt,  
 Ceteras Partis immunitates, Libertates, Præroga-  
 tivas, Jura, et Jurisdictiones illas Conservare,  
 fide per publica Pacta, ac per Juramentum so-  
 lenne firmata promissere: Lex Dei, et Naturæ,  
 Inque Gentium fidem datam Servari jubet,  
 Pacta Conventa justa, ac Solemnia violari Ver-  
 tat, sicut ergo quæcumque Arctus Princi-  
 pis nostri Status Nullum ei Jus dat, ut  
 in

in Subsidium sub necessitate vel Commoditate, Ba-  
 variam, Præssiam, Saxoniam, seu alias Provincias,  
 non suas, Jura Vicinis Servantes, esse etiam Virces  
 Cadunt, invadat, ita sane etiam in Regno suo  
 Circa Palmarum Jurisdictionem Violationem in Usum  
 suum trahere nequit plus, quam ei virtute Le-  
 gum, Pactorum, et Conditionum Diplomaticarum  
 sit admissum, quicquid enim his admissum non  
 est, perinde est alienum, et sub Custodiam se-  
 ptimi Præcepti Decalogi cadit, Jureq. ipso Natu-  
 rali admittente a quavis invasione pro viribus  
 juste defendi potest.

§ 10<sup>us</sup>

Constat autem ex P. L. T. D. Hungaros Regi  
 suo potius Jus Jurisdictionis, quamvis hoc etiam  
 oportune restrictum, Statibusq. et Ordinibus Co-  
 mune, quam Jus proprietatis, seu Dominium  
 directum vel utile Contulisse, unde inter-  
 præcipuas Prærogativas Nobilitates hæc sibi  
 reservarunt, ut rebus suis libere uti, frui  
 possint, ab omni tributo suis liberi P. 2 § 9.  
 et licet Dona per Notam vel per defectum ad  
 Jurisdictionem Sacre Coronæ voluerint devolvi,  
 Conferenda aliis, tamen hujus ipsius Jurisdic-  
 tionis exercenda potestatem ita sibi olim  
 reservarunt.



reservarunt, ut Rex solus sine Consilio Baro-  
 torum et Baronum Ultra 100 Possessiones conferre  
 nequiverit Ultra D. 1. G. 9. item D. 2. a. 2. Manu  
 festo iudicio, quod Jurisdictio tota penes Solum  
 Regem non resideat, Hæ Collationis restrictio  
 esse Dei: 2. art. 26. Si sublata, manifestum tamen  
 certum, ac indubitatum Principium, quod Rex  
 Dona id genus Fiscalia pro se retinere, et ad usus  
 suos applicare nequeat, Sed Hungaris benemeritis confer-  
 re teneantur, prout id renovatur etiam Anni 1488. ad 15.  
 ante eor. perinde ac Beneficia Ecclesiastica ad Collatio-  
 nem suorum Diocesanos, cum vacant, recidunt,  
 iudicio, et arbitrio illorum conferenda, quin tamen  
 Diocesanum ullum Jus proprietatis, seu Dominium  
 directum, vel utile in eiusmodi Beneficia preter-  
 dere unquam possint. Jus in fallos evidenter atten-  
 ditur. Regem, qui nec in vacante Fiscalia Dona  
 Jus proprietatis de lege habet, multo minus id  
 splendere posse in Dona per Legitimas, absolutas,  
 et irrestrictas Donationes Hungaris jam collata,  
 Manet ergo horum Dnorum penes Hungaros solos  
 jam ex primitivo Instituto; quanto vi magis  
 manere debet, postquam Hungari in Regno  
 Majorum suorum sanguine acquisita Causa  
 Possessionaria pecuniis a Rege emere cogunt,  
 a tempore hujus usus, si tota id genus pecunia

in

in unam summam contraheretur, facile fors-  
 totius Regni pretium jam equaret: Et autem  
 Jure Dnorum sufficiens ad acquirendum Dnorum  
 vel solus emptionis titulus, merito ergo ac iuris,  
 siue Nobiles Hungari vocantur Domini Terrestres.  
 Rex autem licet totius Terræ sit Princeps, Do-  
 minus autem Terrestres per suum Fiscum in  
 eis solum est Terres, quæ ei ad usum pecu-  
 liari lege fuerit attributa, et licet jam hereditario  
 Jure Regnum adeat, vi jus tamen sicut jam  
 publicis edictis fuit declaratum, nullum Domi-  
 nium in privata Dominorum Terrestrium Causa  
 acquirit, Sed solum Jus ad eadem Causa, et Jurisdi-  
 ctiones, quæ Regi Hungaris secundum Terres  
 Veterum Legum Diplomatis, et Juramenti etiam  
 jam per hereditarios in Corona Successores fir-  
 matarum competere dignoscuntur.

§. III.

Cum vero Res quovis fructificare debeat  
 Domino suo, manifestum est, nec Regem Hungarorum  
 sine expresso, et libero assensu Dnorum Terrestrium  
 aliquid emolumentum ex Donis et Subditis Dnorum  
 Terrestrium Capere juste posse, et Hungaros Dnos  
 Terrestres nisi Dno suo utili sensum etiam dire-  
 cto exui velint, Subsidia, quæ Regi, et Reipublice

in



in Comitatus decedunt, ita moderari debere, ut pro ipsis aliquid ex Subditis suis utilitatis remaneat, quod enim iurabit nudum nomen retinere Dominii in Vacant, si ipsi lacte uti nequeat, onere, ipsam alendi retento, totam emulgenti presentem alius occupet: exit in Dominium proventus nominale, sensus ipsam Dominii appellatio nem perdet, nisi cum radicali Prærogativa Nobilitati Rebus suis libere utendi fruendi diligenter, et Constante Conjungatur. Videmus id, ac propterea sollicitè Curarunt Majores nostri, atque eam ob rem severissime statuerunt, ne quis Subsidia, aut Rex petere, aut extra Diocesan, et Circa Communem Statuum sensum Regnicola offerre possint. Ullad. d. s. a. 1 juncto Art. 8. 1775. qui solum pro extraneis, natio inopinato Casu periculi Concursum Palatina, lem Nobili causa Regni utilitatem respiciente Cognita ad deliberandum certa Subsidia admittit.

§ 12.

Dominis Hungarorum tam potentes ostense, ne quis existimaret Regem nostrum solo Jurisdictionis inutilis onere premi, assignarunt Hungari una cum sacra Corona non paucorum reddituum Bona, et Jura, quæ enumerantur, Ullad. d. 7. Art. 7. et 1775. Art. 14. ut ex his cum dignitatem Regiam tueri, tum Regni fines, quietem, et felicitatem.

sollicitatem defendere promoveret, possit. Si quis horum fructuum proventum exilem esse existimat, Rexum Hungaricorum parum gnarus est. Ne scis item Conditionem aliorum Principum: Certe si cum Colonis proventibus Regalibus nostri Conserantur, multis partibus Hungari fuerant in Regem suum Generosiores, ac liberatiores, licet valedicalia utriusque Regni Jura, utriusque Pentis fuerint similia, et quod ipsi Coloni fatentur, per tot potissimum Reges, qui simul Nobis, et ipsi imperabant, apud illos Dimittitionem Jura Hungaricorum introduita. Deinde quantalibet utilia Jura sint, Reges nostri sicut Coronam Hungaricam sponte acceptarunt, ita his ei adnexis Jurebus Conterari benivole elegerunt, et promiserunt, Veteri enim Hungarorum lege utilia Regis Jura definita sunt, Veteres autem nostras Reges Regibus, cum inaugurantur, Solemne est Diplomate, et Juramento firmare.

§ 13.

Memisse tamen etiam hic oportet, Status et Ordines Regni proventus Nobili sibi adimere potestatem, hæc quoque utilia Regis sui Jura ita moderandi, ne aut in quodpiam Regni gravamen Desinant, aut vò pro solo Regis lubitu Circa Reipublicis Usum impendantur: Si enim Regi nostro integrum foret pro suo arbitrio seu Salis pretium statueret, seu.



sen Vectigalium formam dicitur, imane, et Arbitra-  
 ria incrementa in dies sumptuum Onus Nasu possit  
 Regiudis, quod immunitatem a Contributione per Reges  
 radicales stabilitam manifeste exerceat, Clerumque  
 et Nobilitatem propter Salum et Tricesimas Cogere  
 Regi tantum Solvere, quanta is vult, argue  
 propterea status et Ordines Tricesimarum Regum  
 lationem semper in Distis tractant, aut Becu-  
 liaribus Regni Deputatis eas visitandas, dirigen-  
 das, et Ordinandas Commiserunt. Ullad D. 1. a. 27.  
 D. 5. a. 55. 1547. 24. 1548. 52. 1549. 18. Ubi Commu-  
ni Regnicolarum Consensu Constitutum. 1647. 58. et  
 59. omnes Tricesimas, Novitates prohibentes. 1655. 100.  
 1715. 91. 1729. 2. 1741. 27. Propterea etiam ad regulan-  
 dam negotiationem Salis antea fere solum in Ori-  
 ficio Forinarum venditi diligenter inspexerunt,  
 Consensu statuum opus fuit, ne sal externus in  
 Regnum invehatur. Sigismundi D. 2. art 20. -  
 Coetera 1604. 16. 1631. 15. 1715. 10.

§ 14.

Jam quod Hungari etiam passim Coronae  
 Jura, modo praevis moderanda in proprietatem Re-  
 gis, non jure ad Arbitrium ipsi usum, sed etiam  
 Dives transulerunt, ut ex eorum fructibus tam Di-  
 gnitatem Regiam suscipere possit, quam Re-  
 gnum tuum teneatur, Clavis Legibus, in quibus

Reges Norvici jurant, definitam reliquerunt A. 1758  
 A. 8 discreto statuit: Deo de suis Proventibus Regali-  
bus Regnum tuum teneatur; Et Norvici cum is non  
 sufficeret, Dandem et Geras statum insurgunt,  
 Ullad D. 1. art. 17. habet, ut Rex pro tuitione Regni  
 Siguidatos Milites de Siguidio Regali daret;  
 item eodem Decreto Art. 18. 19 Siguidatis Regni  
 is sufficientibus, Generalis Exercitus ~~non~~ proclan-  
 metur, proclamatus extra Regnum ire non te-  
 neatur, 1545. 42. Regni etiam proventus ad Men-  
 tionem Confiniarum Converterantur, 1655. 10. -  
 Confiniis providebit sua Mattas tam ex pro-  
 priis mediis, quam ex Proventibus Hungariis,  
 qui non alio, quam in Siguidia Militum,  
 Confiniarum necessitatem Converterendi sunt,  
 Ullad D. 1. a. 2. prescribitur, ut e mediis Statum  
 eligantur, qui cognoscant, quot Dandem  
 e Proventibus Regalibus possint exigi? item  
 qualibet Proventus Regni a Camera Regia  
 dispendentur. Huc servit etiam Sig. D. 5.  
 Principium: Satis hoc puto indicant, quam So-  
 liciti semper fuerint Hungari de utilitate  
 justissimorum Onorum suorum semper reti-  
 nenda, quodve hujus servanda studio, dum  
 Nobiles reditus Regi suo addixerunt per  
 Legem





Regem fundamentalem suam Jurebus suis libere utendi, fruendi, Potestatem defendendi, Non vero directe, aut indirecte minui, vel exeri voluerint.

§ 15.

Si adhuc cuiquam haec parva videantur tanto oneri ferendo vixes, primum id Hungari scire non possunt, qui nec ad publicarum Regni necessitatum cognitionem, et Consultationem, nec ad Cognoscendos Regios Reditus, et qualiter hi a Camera dispensentur? amplius adhibentur, deinde quae jam inveniuntur, Comparatione vicini similis Regni, etiam magna videbuntur, dum in facta bilateralia sponte consentientibus nulla est injuria. Denique, si plura poseantur, videndum est diligenter, an Regni felicitas, ac utilitas, an solum privatum Regis Commodum sit promovendum? Jam enim antea remonstratum est Hungaros Regi suo non Jus proprietatis, sed Jus Jurisdictionis in Bonis sua contulisse, possit autem horum Diversorum Jurium definitio, ut Jus proprietatis Commoda, et emolumenta aliud habentis propria, Jus vero Jurisdictionis nisi in Tyrannidem declinet, alicui nempé Subjectorum emolumenta respiciat.

respiciat, et haec scientes Hungari, quod facilius sit ipsis Regem, quam Regiam dignitatem cupientibus, Regna, et Coronas acquirere, non dubitarunt, vel horum Bonorum, et emolumentorum intuitu obtenturos se Reges etiam aliunde de promptis mediis provisos ligere, quibus aduti minore Hungarorum damno, Jura, libertatesque suas tueantur, huc sane spectat, p. ut sit Regnum interpres Verborum Subsumpti Anni 1723. Art. 2. Quo Jus Hungari Successionis in Sexum Femininum Augusto, Dominus Austriae sponte ac libere transulerunt, sub ea Conditione, ut per Successorem Coronae, etiam reliqua Austriae Provinciae, in et extra Germaniam sita, Indivisibiliter, ac Inseparabiliter invicem et insimul possideantur. Cujus Successionis sub hac regulatione admissa Clausula idem Artus haec assignat: ut Regnum Successionis quibusvis temporibus ab omnibus externis, et etiam domesticis Confusionibus, et periculis preservari, inque in Alma, et Continua tranquillitate, ac Sincera Animarum Unionem adversum omnem vim, etiam externam felicissime permanere possit. Quae verba evidenter pato Monstrant Hungaros per Conditionem indivisibilis possessorum.



possessorum non sibi aliquid novi, et insoliti  
 oneris imposuisse, Quod Ceteroquin sine expressis  
 so, et discreto Legis tenore adstrui nequit, sed  
 potius futuris Regibus suis pro securitate  
 Avitorum Suis, et Libertatum Hungaricam  
 Tutela necessitatem etiam externarum Vicinorum  
 simul retinendam injunxisse, ostendisse,  
 cum providentiam de immunitatibus suis,  
 semper tantam, tum peritiam socialis Viri-  
 tatis, tam apte in usum suum adaptasse.

### § III<sup>us</sup>

Non tamen ita fuerunt aut verum suarum  
 mentium, aut erga Regem suum impii Hungari, ut  
 si necessitas posceret ampliora de suo negarent,  
 subsidia, militandi studium precipuam laudem  
 suam semper duxerunt, illud in Tutelam Regis,  
 et Regni exercere discretis Legibus promiserunt;  
 semper tamen cum ea cautela, quae jam su-  
 pra ex Legibus indicata est; Si Stipendiarii  
Regis milites non sufficerent. Deinde cum  
 haec altera Capitali, summoque attentionis condi-  
 tione, ut non ad solum Regem, sed maxime  
 status et OO. Regni pertineret, discernere, ac  
 definire, an vires Regis sufficiant, aut vero  
 praeterea aliquis Oris, vel viciorum subsidio in-  
 digeant, propterea extra Dictas sine Comuni  
 Consensu Statuum, et Ordinum, seu ab  
 ipsis.

ipsis Deputatorum nulla unquam Insurrectio  
 iudicii, nullum etiam pecuniarium Subsidium  
 offerri potuit. Unde D. S. A. T. et licet 1775. 8 in  
 Casu extraordinario inopis, irruptionis Con-  
 cursus Palatinalium, in quo de Contributione  
 deliberari possit, admittat, expresse tamen Con-  
 curretes optimates, et Cives Patria ita ligat,  
 ut non nisi Cognita inopis, necessitatis causa  
 ca, quae ad utilitatem, et necessitatem Regni  
 pro sufficienti agnita, et adinventata fuerint,  
 deliberare, et Decernere possint, quae cautio  
 sicut pristinis Legibus, quae Hungaros ad Belli  
 Patriae Consilia admitti, nec sine ipsis ali-  
 quid de Regno Decerni voluit, est conformis,  
 Signanter 1569. 28. 1608. 10. ante Coronam: 1678. 8.  
 1655. 20. item 1546. 4. 1715. 41. Ita solidum fuit  
 Hungaris fundamentum, nulla proorsus feren-  
 da onera Bellorum sine ipsorum Consilio  
 initorum, et de quibus eis non constat, quae  
 ad necessitatem, et utilitatem Regni fuerint  
 indicanda, vel sustinenda, duxum nimis est,  
 si alii comedant terras, ex quarum succo-  
 postea dentes Hungarorum obtupescaut,  
 sed hoc per parcaesim f. haud scio an non  
 magna attentione dignum. Redeo unde Veri.  
 § IV<sup>us</sup>



§ 17<sup>o</sup>

Non negarunt Hungari Regibus suis -  
 oportium subsidium, sed sicut necessitatis Usus  
 gentis cognitionem, ita subsidium Definitio.  
 nem sibi reseruarunt, et pro Varietate Cir-  
 cumstantiarum Cognitarum Varia adjuvamenta  
 de suis Bonis, et Partibus resolverunt. Non  
 unquam resolverunt opem pecuniariam. Sigis.  
 D. 2. a. 2. Postea majores ad 30. Minores a 30  
 1/2 dicuntur, hoc erat Lucrum Camera Math.  
 D. 4. a. 1. c. 2. a. Singulis portis subsidium unius  
 fmi offerunt, 1547. 1. item a Singulis Portis  
 flod. 1. 1543. q. duo fmi, in distinctis Terminis  
 Solvendi: Horum et plurium Similium Articulo-  
 rum Lectio patet subsidium hoc pro Va-  
 rietate necessitatis Varium fuisse; praterea  
 non perpetuum, sed vel pro singulari Vi-  
 ce, vel ad Determinata tempora restrictum,  
 pro prudente Arbitrio statum, de rebus suis  
 id defendendis, et dispensandis, prout  
 tempora posebant, disponendum.

§ 18<sup>o</sup>

Ne tamen propius hic ipsorum Sum-  
 ptus a Gente necessitate imperatus in-  
 nus.

usus a proposito diversos difflexerit, providas di-  
 spositiones fecerunt, quibus Contributionis hujus  
 itam Dominium, quam fines suos docuerunt 1578.  
 A. 1. 2. 3. 5. iunuitur, Contributionem exigendam fu-  
 isse per Hungaros, et ad solam stipendiatorum Mi-  
 litum intercessionem converendam, a duobus  
 Thesaurariis, Rationi Regno danda obnoxii sub-  
 sidium Anno 1543. art. 9. Citato in 2. fms per  
 distinctos Terminos solvendis resolutum. Sc.  
 quenti art. 10. ita dispensatur, ut denarii 75.  
 per Nobiles reserventur ad intercessionem Sua-  
 rum Gentium, § 75. ad necessitates Comitatus,  
 § 20. Venitur ad Camera pro Variis Regis, et  
 Regni necessitatibus, § 10. ~~pro necessitatibus~~  
~~variarum, et intercessionem~~ ~~gentium~~.  
 Huc spectant reliqui, quamplurimi articuli  
 de Thesaurariis Regni, et Contributione.

§ 19<sup>o</sup>

Pecunaria hae subsidia, ut legenti pa-  
 tet, etiam ita dabantur, ut usi Duxantibus Re-  
 gnicola ad Nelles expeditiones Pellicas esse fuerint  
 obligati. Sic Roth: D. 4. postquam articulo secundo  
 subsidium unius fmi incluso Camera Lucro pro  
 quinquennio promissum fuisset, statim  
 art 2.



Art. 9: hoc per expressum adjecta est Condi-  
tio, ne durante hac Contributione Quinquennali  
Proclati, Baronos, Praeres, Nobiles, sub qua-  
cumque ratione Contra quoscumque Regis inimicos  
exercituare teneantur, excepto Duntaxat, si  
Romanorum, et Turcarum Imperatores, et Do-  
minus Poloniarum Reges, ac Bassa Romania cum  
Exercitu hoc Regnum invaderet.

### § 20<sup>us</sup>

Non est tamen dubium pro temporum ne-  
cessitate datum interdum fuisse tam pecuniarium,  
quam Virorum Militarium Subsidiium, Regum  
tamen Contextus sicut hoc demonstrat, ita  
simul irrefragabiliter in lucem ponit, Hun-  
garos in rebus suis libere utendi, fruendi  
prærogativam Cautè Custodientes suo Iudicio,  
et Arbitrio semper reservasse, ac definitivè  
omnigenorum Subsidiiorum qualitatem, et  
quantitatem.

### § 21<sup>us</sup>

Porro Militaria Subsidia fuerunt va-  
ria, veluti perpetua Dandaria Proclatorum,  
et aliorum designatorum in Ullad. D. 5<sup>o</sup> a. 20.  
21. et 22. Regale Dandarium Ordinariè consta-  
bat 1000 Equitibus, ut Citatus 27<sup>us</sup> Ceterorum

Autem.

autem Ordinum Dandarium integrum Contine-  
bat Exercitantes 400. milium 200. quorum  
dimidium erant Armigeri, aliud dimidium le-  
vis Armatura, vulgo Hussarones Ullad. D. 1. a. 20.  
His accedebant Equites, et Bedites Postalistas,  
Quod Postalistarum numerus pro Varietate tem-  
porum, Arbitrio Statuum et Ordinum fuit Va-  
rius, hinc Cit. a. 3. p. 20<sup>o</sup> a Singulis 20 Ses-  
sionibus Dandariis integris unus Eques,  
a Nobilibus unius Sessionis post Singulas 10.  
Domos unus Eques decernitur. Contra Ullad. D. 5<sup>o</sup>  
a. 18 jam nominè a 26. Sessionibus unus Eques,  
demptis quibusdam Collibus hic nominatis, a  
parte quorum a Singulis 24. Postis 1. Hus-  
sarus, exceptis item Nobilibus unius Sessionis,  
de quibus a 26. Postis unus Eques Statuitur.  
Anno 1518. a. 1<sup>o</sup> a 20. Sessionibus unus Eques.  
A. 1527. 19. a 10 Sessionibus unus Eques. 1602  
a Singulis 20. Domibus 1. Eques, et quibus, et  
pluribus Similibus Legibus liquet, Nobiles  
Regni habuisse quidem aliquos milites Post-  
alistas, non tamen semper pari numero.  
Præterea cum hoc Comodo, quod si quos  
etiam extra casum necessitatis amissent  
perinde, ac Dandarialistas privati Conguij  
sui obsequij applicare potuissent.

§ 22<sup>us</sup>



§ 22<sup>us</sup>

Magis eventuale subsidium Constabat etiam ex personali ipsorum Nobilium Insurrectione, de quibus stat. 2<sup>o</sup> ad. 7. Statuitur, quod extra Regnum cum Rege ire non teneantur, nisi pro pecunia ipsius Concordante C. 1<sup>o</sup> Tit. 9<sup>o</sup>. Deinde quod non nisi per personam Regis insurgere teneantur, Avitum hoc Nobilium officium agnoscent, et confirmant Novellares 1715. ad 8. 1727. C. 1741. 63.

§ 23<sup>us</sup>

Quia vero sola Nobilium Insurrectio ad Tutelam Regni haud sufficeret, Banderialistarum vero, et Boscalistarum partium Exercitiorum conditio moderna bellandi rationi accommodata haud fuisset, jam anno 1715. Notatum fuit, quod Validior et regulata Militia sit necessaria, hoc v<sup>o</sup> sine Contributione sustentari non possit, notat ejusdem Anni stat. 8<sup>us</sup> Deliberandum esse in Dieta, quo hoc materia spectet: Lendum eo nomine Contribui possit, aut debeat: quo nempe et Regni securitati consulatur, et Regnicola a supranotatis partium aptorum Militum oneribus liberentur, hoc genuina ratione praesentis Notabilem summam Contributionis a Regno resolutam fuisse dubitari non potest. Hinc licet Hungari anno 1741. 63. ultra personalem Insurrectionem

ex ad 8<sup>o</sup> 1715. debitam, insuper 21622. Pedites modo mihi prescripto, praeterea a Singula Comitatu Bata. latinali unum Equitem, ex jure Clementissima<sup>3</sup> Dominam suam Regiam in tam ardua necessitate juvandi zelo resolverint, scientes tamen hoc Onus per currentem Contributionem jam sublatum, adeo indebitum esse, per expressum utrobique Cavent. Resolutionem hanc factam esse pro hac duntaxat vice, et necessitate, sub Conditionibus denique et cautelis, ne per id fundamentalibus Regni Legibus, Avitisque Nobilium praerogativis, Juribus, et Libertatibus quovismodo prejudicatum sit, et ne ex hinc Consequentia formari possit, repetant, quod hujusmodi subsidium absque ulla a modo in postea. Consequentia benevole obtulerint. Quod tamen Nervosa Regis per ipsam modo regentem Clementissima<sup>3</sup> Principem approbata verba satis, opinor indicant. Hungaros ultra Personalem Insurrectionem huc etiam pro debita recognitione ad nullum proventus alium militare Adjuvamentum praestandum esse obligatos: Utique propter Contributionem Notabilem ex bonis, Subditisque suis cum Consequente justiorum sinorum emolumentorum suorum diminutione propterea resolutam, ut et ipsi ab us Militis oneribus.



meribus se expediant, et militia regulata  
per suam Majestatem alatur, ac moderna  
bellandi rationi aptetur.

Itaque quod benigno Propositiones  
Regis proventus possunt, Hungari jam pri-  
us adhaeruerunt, prostantq; etiamnum  
Contribuendo per Relictos de Donis suis, quo-  
rum emolumenta omnia alias ad ipsos justifi-  
cari pertinerent, ut jam supra explicata sunt.

§ 25.

An autem Onus hujusmodi Conti-  
butionis in omnibus dictis augendum fir-  
mandum qui suorum Colonorum Vires, imo  
emolumenta item, quod ipsi ex eis Jure Domini  
percipiunt, possunt. Calamitas Conti-  
butionis ipsi Augustissimae aule est uotissi-  
ma, illud vero non difficile ostendi posse  
puto, non paucorum Dominorum Subdi-  
tos longe plus Contribuere in publicam hanc  
Regis, et Regni necessitatem, quam in privatam  
Proprietariorum, quibus alias sua Res libere  
utendo fruenda fructificare debent. Commodo.  
Si Onus hoc omnino dicta infinite creverit,  
Quid significabit Nobilitatis rebus suis libere  
utendi?

utendi, fruendi Prærogativa: quam Sextam  
decimam servare etiam modo Regnant Clemen-  
tissima Princeps benigno Diplomate Juramen-  
to, discretisq; Legibus adpromisit.

§ 26.

Si autem cui proventus perennis Conti-  
butionis subsidium exile videatur, id cum an-  
tiquis eventualibus, et fixis succurrendi modis  
conferat, inspiciat vicinam Coloniam, tuto  
etiam Reliqua Regna in quantum quidem Sub-  
diti Regnorum ad sua Tutelam prostant:  
Ad Coronam cuius Hungaria reditus pertinent,  
omnia emolumenta, et adjuvamenta, quae sua  
Majestas percipit ex Transylvania, et Ba-  
nato Temesensi, et Illirio, et Croatia, omnes  
haec Provinciae sunt inseparabilia Corona Hun-  
garicae membra, quod si autem solus Confina-  
rius miles constaret prope 70. armatorum  
Millia ad modernas Belli Leges exacta, et  
ad quasvis expeditiones semper parata facile  
efficit. Barumne id videbitur? Da Provincia  
aliam, quae pro cunctis finibus tantam mili-  
tiam alat: huc adde, quod Hungaria Militem  
etiam per alias Hereditarias Provincias statu-  
tum, fere dimidio minore sumptu alat, quam  
Reliqua Germanicae, sub Mattis Nominis Provinciae.  
Non!



Non est parum in Hungaria circa 70. Equitum  
 millia alere et sumptu, qui in Bohemia, Au-  
 stria &c. vix 15 millibus aliudis pax esset. Haec  
 spectant emolumenta, quae ex subsidio Ecclesiarum,  
 Cleri, et venditionibus Bonorum Fiscalium,  
 et novarum Donationum expeditionibus, et  
 Taxis omnigenarum expeditionum graviter au-  
 ctis, et Commissione Condom Neo-Aquistica, et  
 Jure Amorum. Ceteroquin ad defensionem Regni  
 Austriacorum, quae item ex subsidio gratuitis, Do-  
 nationum Anticipationibus, Vecturatum, Annona,  
 Tyronum Militarium, et immensis Cottuum  
 depeditis, denique quo ex Sale, et fossis Nobilitas  
 cum Clero Regi suo contulerunt, maximam in  
 parte etiam unum conferunt. Si sola attendan-  
 tur fossura. Cum ab omnibus externis Mercibus  
 Vectigal 30. pro cento sit introductum, ex-  
 ternas vero Mercis Contribuentes Colonia vix  
 aliquas emant, Manifestum est, totum in  
 pene omni pessi per Clerum, et nobilitate,  
 alio quidem nomine, sed sensu et dispendio  
 eodem Contribuentem. Cui damno nisi Sta-  
 tus, et Ordines vel luxu Publicis Legibus Ca-  
 vigato, vel fabricis, et manufacturis Domi ere-  
 ctis vel Tricesimij a Senatum Ultra. D. d. 27.  
 seu ad antiquam Consuetudinem reductis proinde Con-  
 sulant, Verendum est, ne in dies magis Crescat  
 etiam

Cum Vicinarum Provinciarum gravi offensione  
 § 27<sup>us</sup>  
 Restat paucis dicendum de Personalit No-  
 bilitate Insuperatione, quae ad Modernas Belli ratio-  
 nes accommodari petitur; Primum quidem cum  
 Bella etiam fama gerantur, haud scio, quan-  
 tum adhuc Conciliavit indefinita haec Regni  
 Nobilitatis multitudo. Deinde ut voto preser-  
 ti Satisfiat, necesse erit, vel ipsos Nobiles Sta-  
 tis vicibus ad Districtuales Capitaneos pro  
 exercitiis concurrere, vel alios stables Milites  
 pro se alere, quos eorum mittant. Usuum  
 libet fiat magno fatigis, et incommodo,  
 sumptus stabit, praeterea loco oneris Valde even-  
 tualis, et interdum vix intra 20. 30. annos re-  
 deuntis, assumuntur onus perenne, et assidu-  
 um, quod onus si fieri etiam studiosis Mi-  
 litis Praefectorum Vexis fuerit exasperatum,  
 subinde Cogetur suapte Nobilitas, ut ejus  
 redemptionem pecunia facere petat, ita sen-  
 sum sine sensu imponetur Nobilibus a certum  
 Jurem Contributionis, quod unum Mini-  
 sterio Germanico dudum esse propositum, Nemo  
 dubitat, quod item semel in quovis  
 exili pessi introduceretur, facile in itensum  
 Crescendi



Crescendi causas semper inveniet, et modo moderata  
 na (olorum Contributionis ad instar caneri  
 latius script; Sed et si Nobilitas despectans per  
 curiarium Tributum in sustinendo quamlibet  
 duro, et perpetuo Personalis Militie Onere Con-  
 stans manserit, aliud longe gravius periculum  
 haud evitabit, ita enim Considerabitur pro Re-  
 gulata Regis Nostrae Militia, cum vo fabricia de-  
 beant tractare Fabri, et alioquin Dominus  
 Palatinus ex munere Comendantis Belli, id  
 excussus est, Rex autem Nostrae Unicum habeat  
 Consilium Belli Germanicum, a quo tota omni-  
 um hereditariarum Provinciarum Militia pen-  
 det, quam facile, et plausibiliter assumetur.  
 Nobiles Hungaros a Directione, et Tubernio  
 Consilii Belli subtrahi haud posse: Urgebis  
 id primum pro solis artibus, et negotiis Mi-  
 litariis, Sed non hic subsistent, potentiorae  
 Regimine simul occupato, facile etiam ad  
 civile Politicum, ac Civile gressum faci-  
 ent, atq; ita omnes Reges Nostrae, et Conve-  
 nientes, omnes Magistratus, et Jurisdictiones  
 Patrias evertent, et Novam, qualem Volent,  
 Regimini formam inducent. Videamus  
 quanta Transylvania inseparabilis Comenbri  
 Nostrae, et cum ardet Ucaligon, faciant

NOT.

Nos aliena pericula cautos. Videtur ergo  
 antiquo Insurgendi modo fortissime insisten-  
 dum. An autem de facto aliqua Insurrec-  
 tio decessenda sit? Statum rationibus, quae  
 Hungaris, juxta promissa motescere debent,  
 mature perpendis, definiendum clare, cir-  
 cumstantialiterq; circumscribendum, pro  
 quo eventu, qui, et pro quanto tempore  
 insurgere debent? Insurrectio enim solum  
 pro casibus particularis necessitatis Judicio  
 Regnicolarum, eis prudenter accommodata, seu  
 per fuis decreta.

§ 28<sup>us</sup>

Obicitur. Personales Nobilium Insurrectio-  
 nes pro moderna Bellandi ratione esse inutiles;  
 In Pressidium asserti Vocatus jam anno 1802  
 Artus q. id ipsum recognoscens. Sed propter  
 mutatam Bellandi rationem Regnicola jam pro-  
 viderunt, primum admitta Generosa Confirmitate  
 Militia, et regulari, deinde suscepta notabili  
 perenni, et nunquam antea usitata Contribu-  
 tione, a Bonis, Subditisq; suis, qui Esteroquin  
 illis sacrificare deberent, persolvenda. Num-  
 quam tamen seu in hoc, seu in alio articulo  
 Consenserunt.



Consenserunt, ut proextu similis utilitatis,  
 aut Bona sua Indefinito Contributionis Onere  
 Omne proprium ipsorum emolumentum sensim  
 assumpturo, Submitterent, aut plane Personarum  
 suas ad officium Militandi minus eventuale  
 obstrictas, perpetuas et fere assidue Servitutis  
 Jugo, seu pluriennio Tributo eandem Servi-  
 tutem adempturo Onerarent, ius post Cita-  
 tum 1602. q. exstant diserti Nobelli Articuli  
 Lij 1713. §. 1741. 67. per quos Civita Personalis  
 Insurrectionis raris Stabiliret, nulla alie-  
 rius Regulatio vel mentione admitta,  
 licet etiam jam bellandi raris indubie longe  
 diversa fuerit, quam antiqua. Quod cum  
 Augusti Reges Nostri non ignorarent, Co-  
 ronam tamen, et Successionem Sexus fo-  
 minaei ultro acceptarunt, cum expressa  
 obligatione servandarum Veterum Regum,  
 et Consuetudinum, infra quas est, fuitque  
 etiam hae, de modo Insurrectionis praecipua,  
 et nevel in Alivionem Venisse, vel Conviven-  
 tia quid evanuisse videri possit, recentibus  
 etiam Artibus renovata. Quae itaq; Volenti  
 Regi nostro hae in re fit injuria.

§ 29<sup>us</sup>

§ 29<sup>us</sup>

Ceterum si etiam Anno 1602. Status agro-  
 verunt parum utilis fuisse Nobili<sup>3</sup> Persona-  
 les Insurrectiones, merito attendi potest, an  
 non ea hujusmodi utilitatis fuerit causa,  
 propter quam anno 1602. q. statueri debe-  
 runt: Dignetur autem sua Servitutes  
in Casu talis Insurrectionis Derignam  
rationem habere prefatarum personarum Se-  
rvitutes levatarum Gentium, ne videlicet  
eo modo, quo sub Duda nuper factum est,  
ipsa Nobilitas traectetur, sed eis competens  
honor tribuatur: Nonne ita etiam regula-  
torum Equestrium Hungaricorum Regiminum  
vota sunt hodieva? nonne eadem quo-  
undam Invidiosum de ipsis querela? quo-  
rumpe solum ad praedam, et fugam apti sunt,  
cum tamen plerumq; ab acie exclusi, et  
per minuta Corpora dispersi, ut plurimum  
in extremis periculosis Stationibus excubare,  
suo periculo, reliqui totius Exercitus quietem,  
et Commoditatem tueri, vitam ipsam totis  
certe ut plurimum Valentioribus hostilibus  
Copis Objicere Cogantur; Satis sane Florispi!  
si hanc post Custoditum totum exercitum,  
periculiz!



periculis imminentis peronitum vel fuga  
redimere possint: quoniam fugam Deum male  
vultu Deo esse notare solent.

§ 30<sup>us</sup>

Quamquam et fidei Historiarum, et  
Benignis dictis. Scriptis Regis adversatur,  
qui Insurrectionem Nostram etiam hac aetate  
Augusta Domini fructum attulisse negat,  
sicut sua Mathias Hinc initio sui Regni,  
nis se, Sclavos, Breviarios suas Fidei, et  
Tutela Hungarorum tradidit, ita acceptis ex  
ipsorum virtute fructus sapienter Benigne  
recognovit, foris Magna Pars Europa Fe-  
simonio probare non erit difficile, quod  
Hungarorum fide, et virtute regnet.

§ 31<sup>us</sup>

Quod vero Ultimi Belli parum felix fue-  
rit exitus, quis rerum gestarum tam imperitus  
est, qui id in Hungarorum Insurrectionem refe-  
rat: Hungari nec a Consilio huius Belli ad-  
missi sunt, nec insurrexerunt, solamque hanc  
in eo habent partem, quod immensis aris,  
Annona, Vecturarum, Vicorum subsidio, nul-  
la alia Rege sua debitis Cassae Casares  
Regia juverint cregie; Huc animum adver-  
tere debent violentorum id genus Consiliorum  
Auctores.

Auctores Ministri, Exercitus vero hoc Bello  
fuit regulatus, et tam numerosus, rebusq; necess.  
Saxus omnibus ita instructus, ut ab exordio Be-  
gininis Augustae Domus legatur nullus fuit,  
se similis. Accesserunt Coloni Confederati,  
Romanum Imperium, Galli, et Mosi oque name.  
votis Exercitatus, ac instructis Exercitibus,  
ita armati, ut eorum singuli Europa Terras  
invenire posse crederentur. Bellum gerebatur  
contra Regem Sclavos, prius in orbe  
Europa via notum, ac solum unper favore  
Augustae Domus Austriacae a Regis digni-  
tatis fastigium erectum: Cui ergo tam in-  
felices sumus? Cui totam meliorum succes-  
suum spem in regulatione Insurrectionis-  
Hungariae Collocamus? Quid si defuerunt fide,  
et pacata Confilia, in quibus Hungari nul-  
lam partem habuerunt? Quid si Digitus Dei,  
Domini Exercitum palpavi hic potest, cuius  
meliozem favorem iniquatione Institis hanc  
lucrabitur. Cum infallibilis eius Sententia  
sit: Regnum a Pate in Pentem transpactus.  
propter Injustitias. Eccl: 10. Quaevis suc-  
cessus meliores, Servemus quod mouit Sala-  
mon. Proverbium 7<sup>o</sup> Filii non obliviscaris  
Legis.



Legis mea, et Braceta mea Cor tuum Custodi-  
ant; longitudinem enim dierum, et annos  
vita. in panem apponent tibi. In augendo  
autem curatio meminerimus: non minus  
est Virtus, quam quodere, parca tueri. His  
et Similibus Argumentis pium, justum, et  
Maternum Clementissimum Dominus Cor a vio-  
lentis Individuum Consiliis est arriandum; -  
quia tamen haud scimus an et in quan-  
tum ea sint profutura, ne nobis in tam  
periculis oppugnationibus deesse videamur,  
periculosis Molitionibus posse obtrahi,  
etiam sequentium Legum nervosa renovatio-  
ne, et efficaci executione.

§ 32<sup>us</sup>

Primum ad D.E. Noxiam promovendam,  
ad Reverentiam Brothi Regis Norri S. Stephan-  
ni, et ad Christianam P. u. Catholicam Con-  
fessionem publice edendam L. l. C. l. De-  
creti S. Stephani Nova disiecta Lege Con-  
firmetur, quem impii ex censu Regum  
Norriarum expungere student. Praeterea  
opportune, et utiliter <sup>in</sup> restaurarentur  
Sequentes Leges L. l. C. l. et l. S. Stephani  
de/

de improbis Consiliariis a latere Regis sub-  
movendis, et ut Episcopi liberam habeant po-  
testatem res Ecclesiasticas secundum Cano-  
nicam Auctoritatem dispensare, providere, le-  
gere, et gubernare. Alb. D. Art. 1. ut Rex  
cum Consilio, et Auxilio Statuum antiquos  
Regni Libertates veduat, et ad 4. Ut novita-  
tes et nocivas Consuetudines aboleantur,  
1458. ad. 5. Ut nunquam Dominus Rex pro  
quacumque Causa, seu negotio quibusvis ma-  
xime arduis aliquam Taxam seu Solutio-  
nem pecuniariam per Sabbagiones Regnicol-  
larum, seu per ipsos Nobiles solvendam  
petere valeat.

§ 33<sup>us</sup>

Ut diuini autem Inaugurationem  
Regum Norriarum semper sensu ubiq;  
di Conditionum Diplomaticarum § 18<sup>th</sup>  
Quidquid Regnicola Comuni voto pro libertate,  
tranquillitate, quiete, et Conservatione Regni,  
usque ad tempus Coronationis conceperint,  
conscripterint, et conduserint, more ab  
antiquo Convento, et semper observato Rex  
teneatur Literis efficacibus acceptare, -  
conservare./



conseruare, roborare, ratificare, et approbare,  
quemadmodum Reges predecessores ex laudabilis  
et approbata Consuetudine Regni semper fecerunt,  
vident eam Consuetudinem etiam Art. 1008  
ante Coronationem, et Acta Diets 1741. Sub qua  
Requicola ad Coronationem prius procedere no-  
luerunt, quam de immunitate Oncis fun-  
do inhærentis assecrati fuissent.

§ 34<sup>mo</sup>

Adde Ullas D. 1. Art. 1. Rex omnes  
Status et Ordines Regni in eorum antiquis  
Libertatibus Conseruet, nouitates aboleat,  
antiquis proventibus sit Contentus, et ad 8  
de rebus Hungaricis cum Consiliariis Hun-  
garicis Consulret, exclusis forensibus, alijsq.  
nationibus. Item D. 2<sup>a</sup> Art. 25. Nobiles Re-  
qui, quorum predecessores Regum hoc  
cum Sanguinis effusione acquisiere,  
non soluant viciesimam, quæ tamen  
jam penes Decreta Regia pretenditur  
a Mercibus ex Provinciis externis non  
Hereditariis illatis. Deniq. Ullas D. 5<sup>a</sup> Art. 1.  
extra Dieta nulla Contributio, seu quale.  
cumq. Subsidium possit sub Matre offerri.

Apologia.

Apologia Extemporanea  
Super scripto, Cui Titulus: Vexatio dat Intellectu.

Spectaculum VI Nonas Martias  
Anni presentis in foro Bosoniensi exhibitum est;  
O Vere Spectaculum! Sed Dixis duntaxat, et Co-  
lombus Spectaculum, mirabar certe forum omne,  
plateas Urbis, et portas Armato milite reple-  
xi, nec satis intelligere potui, utrum Singu-  
los, an Universos hoc scena terrere vellet, de  
singulis hanc Iudicium tulerò. Universos tamen  
terruit minime: Male Comparatur terrere  
Veneratio.

Ergo Rogus extruitur, Theatrum  
Condunt Lectores, idem Comedia futuri  
Actores, sed tamen Populi Spectatores, Mate-  
rian ex quo Spectaculum Constaret, Phylis  
pauca ab infelici manu pro hoc actu exara-  
ta probuerunt. O bene Dilacerantur pagi-  
na! Hoc sunt Veritatis proemia. Sed animo-  
rum Unio roboratur, ardet Vexatio, hoc in  
folia.



folia, quae vento rapiuntur, vindicata, sed  
 gliscit ultro, quidni etiam cum hoc scripto  
 totum id, quod nobis adhuc sacrum, et  
 sanctum est, comburetis? Divina, humanaque  
 Luxa omnia igni supplicanda fuerant, si aequi-  
 tas ea dici potest, tollat voce populi, adeoque  
 DCS condemnatus absolvitur, ista a tota re-  
 tro Antiquitate, et seculura posteritate absolu-  
 ta condemnatur, sua quaeque fama com-  
 mendat. O fatuos Ministros! nescitis meli-  
 us esse offensos lenire, quam igni oleum affun-  
 dere, ah nescitis quanta rabies oritur,  
 ubi suprandum Dea concreverunt, inde Con-  
 jurationes, Peditones, Conciliabula existunt,  
 res profecto minime conducibilis principa-  
 tum, nescitis nos ita comparatos esse, ut  
 non nisi male habiti, male faciamus, ita  
 animi vulnere pervenire ad gladios, si Cav-  
 illata fronte occasio favere videatur.

Quid si ea vivimus temporaria, ut hoc  
 Historia plus damni ferat, quam emolumen-  
 ti? Nunquam satis cavetur inter suspectos,  
 et suspicantes, Nam vilissimo cuique crevit  
 Audacia!

Audacia, si se timere sentiat, quid, si quae agun-  
 tur, magnarum mutationum praecursores apel-  
 lem? Belli Civilis Rudimentum est consensus  
 multitudinis, et mutus dolor, vidimus, videmus,  
 videbimus nunquam facilem habitura exitum nego-  
 tia, quae fidem et animos Civium avertunt,  
 si quidem lesa Domesticorum patientia nocen-  
 tins furat, quam hostium Dna.

Potentia firmitatem vicinorum -  
 Primum Amicitia dici amat, sed erim in hostes  
 sunt: quam ergo importune ceduntur in, quo-  
 rum fide habendum servata est, ac porro  
 servari deberet, haecine sanioris Consilii  
 dogmata? prosertim si proximi sint, qui  
 abant incendium, procul qui extinguant,  
 Male o male! his Artibus comparatur Au-  
 dacia, rectius potentia, nihil namque verum  
 Mortalius tam instabile, tam fluxum est,  
 quam Potentia populorum discussione  
 quosita Tutela Legum unita Regni fir-  
 mamenta sunt, impie igitur flammis ad-  
 judicantur, quorum Sanctitas melior  
 si fato digna videbatur, Consilium isthuc  
 nemo nisi proditor dederit, quippe inso-  
 lita hoc Tragedia Curiosos verum nostram  
 cum vicinos ad inquirendas, digni quoselas  
 excruciat!



extimulat, sors etiam ad Legum Nostrarum  
 Majestatem vindicandam armabit, Legum  
 Reverentia Res Hungarorum creverunt; Jam  
 vero qui solvi sumus illis sublati: hae-  
 Consilia, quae invidis cauta vocantur, hae-  
 inquam proferunt argumentum justae querelae,  
 et nisi prosequantur, veror ne, licet fo-  
 vis tuta essent omnia, hostem domi referia-  
 mus, tunc vexatio dabit intellectum, tunc  
 sapient, sed sero Phryges, nec enim in  
 ejusdem manu est ignem tectis injicere,  
 et injecto modum scatare.

Ingenia Nostra, ut Nobilis et Ge-  
 nerosi Equi, melius facili fructu sequuntur,  
 honestate, et gloria ducimur, Malus est Re-  
 giminis Magister vis, et metus, Nam quem  
 metunt, odessunt, quem quisque adire  
 perisse expetit, Noscenda ergo est Populi  
 Natura, Principis est Virtus, Maxima  
 Nosse suos; ne impudenter, et passim  
 abutatur, nec verum, si ad lecta flecti  
 Regius Notis tumor, aut vexam bene-  
 volentia, aut firmam nunquam speret  
 securitatem.

securitatem videndum, ne dum Culmen Potestatis con-  
 scendisse videtur, inopinato Casu ruat, profecto si  
 Regum exitus reputaverimus, fluxus a suis, quam  
 ab hostibus perditos referimus, nec miremur, sua  
 quisque acriter defendit, nihil mansum est multi-  
 tudini, adversus vim pericula obstitit, obse-  
 quentes singuli, et periculi Societate contumaces  
 Universi, Quod Divina se dextra lubens ad-  
 jungat supplicium pietati: ubi Superborum in-  
 pietas vindicanda est.

Et quoniam majorum Instituta, Patriisq;  
 Ritus violare ubique gentium nefarium habetur,  
 quod obsecro, hae Legum, et Consuetudinum  
 innovatione efficitur: deniq; quam ut ejus  
 Authores sensibilibus castigentur; cum enim  
 adversarum rerum sensus civiliter sit accersi-  
 mus, Captabitur occasio, et nescis quam fortu-  
 nam, ac tempus expectamus, Deo cordi  
 fuisse videri possumus vel in presenti Diota,  
 qui nos premi quidem fortiter passus est,  
 ac non opprimi. Nec sumus Hungari ad eo  
 fatui, ut Tractatum hunc majori sua parte  
 contra Jus, et fas omne decurrere ignoremus,  
 quid oro tota accusationes, sollicitationes,  
 Conventicula, et terriculamenta significa-  
 bant: Sed non est Consilium contra Divi-  
 patet.



patet ergo tum Demum infelicem esse Regem,  
 si Ministros habeat insipientes, qui, quo ja-  
 ctantius fidem suam obligant, eo securius vio-  
 lant, ausim dicere, meliorem esse Republicam,  
 et probe tutiorem, in qua Princeps malus sit,  
 ea, in qua mali sunt Principis Ministri,  
 tale est Ministerium Austriacum, in quo ni-  
 hil tam sacrum, sanctumque concipi potest,  
 quod vellicare malignitas ejusdem perime-  
 scat. O aureum Hungaris Bonum, quos  
 invidis faus tua Celsitudo non accendit!  
 Claudo, atque utram hoc quoque scriptum eum-  
 dem, quem vexatio, motum faciat animosum,  
 nihil moror, teritis chartas rogos absumat  
 dummodo tranquillitati publica melius con-  
 sulatur; utique Lusoribus etiam post Pa-  
 curam permititur, ut folia dissepant, aut  
 si Malherint, igni subiciant, Interim gra-  
 tumcumq; aduratur Continens, Contextum Ma-  
 rit Alta mente repostum, nec enim perim-  
 de animis impetare potest, ut Linguis.  
 Mentium Rex Deus est, quem dum hic loci  
 memoro, precor, ut servata Patriarum De-  
 gum Sanctimonia Invide Permaneam Mul-  
 titudini sit Cor Unum, et Anima Una.

Vexa

Vexa dedit vexas, Vexatur vexa per ignes.  
 Majores Vexas, Credite, Vexa dabit.  
 Justum Combustum, est injustum manfit inustum.



*[Faint, illegible handwriting]*

*[Faint, illegible handwriting]*



# Instructio.

Iuxta quam Conscriptio omnium Ignobilium  
 cujuscunque Sexus, Religionis, & Conditionis  
 Personarum, per Regnum Hungariae, pariterque  
 eadem adiecta in Rubricis Tabellarum (in ad-  
 jacentibus Formularibus designatarum) de po-  
 sitivo altissimo Imperio Regio in sensu arti-  
 2: 802. per respectivas Jurisdictiones suscipi-  
 enda est.

## Sectio I.<sup>ca</sup>

De Conscriptioe Populari Ignobi-  
 lium in Hungaria suscipienda in  
 Genere.

Sequitur Conscriptioe hujus est, ut Po-  
 pulatio Ignobilium in Hungariae decensum tam  
 in suo Numero, quam qualitate debite cognita  
 sit, quatenus et illa calculus Politicus pro  
 ratione circumstantiarum in ratione omnium  
 Administrationis publicae partis debite duci  
 possit. Ad quem assequendum observandum  
 est:



§ 1<sup>us</sup>  
 Conscribendam Ignobilium classem in genere sumptam scripturam sub respectu considerandam esse.

a) In quantum hi non tantum nati Hungari sunt, sed origine et mansione sua ad eundem locum, ubi conscriptio in opere est, in mediis spectant, ad quam referuntur, Omnes in eodem loco nati, vel in eodem domicilio suum pro stabili defigentes homines.

b) Qui quidem in Regno Hungarico, partibusve eidem adiectis nati sunt, aut tempore conscriptionis non in natali suo, sed in loco alio ubi conscriptio suscipitur, pro tempore commorantur, adeoque relate ad hunc locum pro Extraneis censendi sunt.

c) Denique, qui non proprie in Hungariam Parsisque adiectas spectant, sed tantum variis de causis ibi moram nectunt, nec adhuc certam conditionem, quae animum permanenti declarata, nuptiae vel Colonicalem, vel Inquilinarem, vel Jus civilitatis, aut Magistratum in Regno ampleti sunt, adeoque stricto pro Extraneis habendi sunt.

Primo

Primo duo Classes pertinent ad intraneam Populationem, tertia ad extraneam, et ego solo pro principalis sit intraregnans Populationis tam in suo numero, quam qualitate debite conscribenda, neque extraneos tamen etiam negligi posse, tum ideo, ne sub nomine extraneorum quispian et intraregnans emanet, cum vero ideo etiam, quod et ratione Status Publici, tam et finibus politicis, quam commercialibus intersit extraneorum in Regno commorantium evidentiam habere, adeoque suapte fluit, omnes quos conscriptio in loco propriam reperit, et qui pro parte Inveniantibus manifeste censendi non sunt conscriptioni inducendos, sed una juxta Tabellas Rubricas earumque Regulas ab invicem distinguendos esse.

Quod quia ratione ad effectum deduci debeat, pertinet scripturam Tabellarum adnotatum sub A. B. C. Formularem.

§. 2<sup>us</sup>

Tabella sub A. est, cui singula Familia inscribitur, Tabella sub B. in quam Summarium Populationis totius Locum inferitur, Tabella sub C. cui isidem Summarium spiritus Comitatus, aut Jurisdictionis et pluribus Terrarum conscribitur.

Ue



Ut Sumaria debite comparata sint, Basis illarum Tabella quippe sub A. quam exactissima comparata esse debet.

§ 3<sup>us</sup>

Et ideo necesse est, ut Conscriptores emissendi ad faciem quorumvis Locorum, et Domuum, ubicunque in Territorio conscribendo sita sunt, et in singula earum oculari etiam praesentium licet Personarum conspectu praesentibus singulis Ignobilis Familiae Conscriptionem peragant.

§ 4<sup>us</sup>

Singula Familia Ignobilis Phyletam iuxta Formularem sub A. obtinet, ita tamen, ut si una Familia ex arto numerosis Individuis constaret, ut hoc in una Phyleta designari nequirent, secunda talismodi Tabella cum prior Familiae numero penes appositionem verbi Continuatio applicari debeat, ubi vero e contra Familiae ex paucis constans Individuis, ibi plures etiam in una Tabella ea ratione conscribendi possunt, ut post singulam Familiam semper spatium aliquod in Phyleta relinquatur, ad quod dein subsequente tempore auctum nepotes Familiae personale inscribi possit, siquidem haec Tabella quoad nonnullas Familias e minori numero constantes, in quantum spatium in his assignatur

ad compensandos labores, et expensas pluribus etiam annis usuabiles futuro sint.

§ 5<sup>us</sup>

Ad unam eandemque Familiam autem referendi sunt omnes, qui communi unius, etiam demque Patris, Matris, Heredi, item vel Heredi, vero demque Familiae, cujuspiam Capitis victu intertinentur, et quidem in quantum de prolibus ageretur indiscriminatim omnes sive praesentes, sive absentes, aut etiam jam separatam conditionem ex domo Patris induentes sint, in quantum proliisunt in Phyleta etiam Patris designanda sunt, consanguinei autem, vel cognati eodem victum solum intertinenti sive praesentes, sive absentibus, servientes demque, et cunctis individualibus Personis communi victu, et hospitio penes idem Familiae caput fruentes, Phyleta hinc inserenda veniunt, si autem jam in separato jure vivunt, quibus et his dumtaxat, aut alios intertinentos habet, pro separato Capite Familiae reputandus est.

Hinc etiam Colebs, qui separatim vivunt, et alios servitii causa, vel alio sub titulo intertinent, eosque vel in natura, vel suppositis titulo etiam victus pecuniis providet, pro

Capite



Capite Familie conscribitur, quoniam dum talis coleris  
 absque servitoribus, vel aliis hominibus tantum  
 solus extra tamen Familie cujusdam alterius  
 locum vivit, faceret pro separata Familia habenda,  
 specialem consequetur Phyleram tabellarem.

& quod

Si autem in Familia aliqua Proles jam  
 cum Patre, ut supra dictum est, conscribitur.  
 Sed alibi in propriis pane vivant, tunc tam hoc  
 quam servientes, quorum consortes, aut proles  
 extra Familiam Domini sui in alia domo, sed  
 in eodem tamen loco commorantur, quia Caput  
 Familie prosera considerandi specialem obtine-  
 re debent Tabellam, in Tabella autem Familie  
 Patris, aut Heri expositi tantum designabun-  
 tur, quo quippe sub numero in speciali propi-  
 a Phylera conscripsi, & clarificandi sunt.

& quod

In hac itaque Individuali Familie Tabel-  
 la superius in designatis locis inscribitur,  
Comitatus, vel Jurisdicchio, Parochia, Locus,  
Predium, vel Diverticulum, & domus in qua  
 conscribenda Familie degit, eo tamen observa-  
 to: ut ubi plura loca ejusdem plane nominis  
 esse contingeret, determinata distinctio conser-

ventis loci exprimat, & una singula Domus  
 conscribenda signo aliquo distinctivo, et quidem  
 de ordine arithmetica numerorum serie in capi-  
 se Tabellarum conscriptionalium distinguatur, quoniam  
 tamen numerus, qui taliter conscribenda do-  
 mui in Tabella obtingit, ipsi etiam domui su-  
 perscribi debeat.

& quod

Si tamen numeri (sicut in Artibus li-  
beris Reisque, aut alibi) proclisserent, illi manu  
 teneantur, et idem successivo ordo Domorum  
 eodem numeri in Phyleris retineantur quibus  
 Domus realiter insignitis sunt.

& quod

Sed cum Domus Nobilitares conscribitur,  
 de non sint, et tamen servitores Domales, aut  
 eorum uxores cum Prolibus in aliqua Domati do-  
 mo habitantes, dum ex promissis pro distin-  
 cta Familia reputandi sunt, separatam Phy-  
leram habere debeant, in hoc casu domus  
 hoc Nobilitares in quibus conscriptioni obno-  
 tium Ignobiles degunt, in Tabellarum capite  
 non numeris, sed litteris insigniantur, per quod  
 distinctivum signum apparebit, talem domum  
 conscriptioni obnoctiam non esse, sed tantum  
 Familiam, & Personas in ea habitantes.

& quod



In reliquo § 9<sup>o</sup> infra singulum conscribendum Individuum relicto ad componendum cum tempore mutationes Spas, horizontalis ducatur linea. Prostabilius taliter generalibus in hac conscriptione Regulis quoad ipsas Tabella sub A. Rubricas, qualiterque inscribendam in illam Inscriptionem ad sequentia reflexere oportebit.

## Sectio II<sup>a</sup>

De Individualibus Rubricis Tabella sub A. qualiter quippe in illas conscribenda Ignobiles Personae inducenda sint.

§ 1<sup>o</sup>

Prima Rubrica est: Proprietarius domus. Quis domus Proprietarius. nominetur in superioribus lineari Intervallo supra ejusdem primo Rubricae interiore aliam subdivisionem, quo nomen Patris-Familias inhabitantis et ad eum spectantis Familiae exprimit.

Propri

Proprietario Domus hoc loco nominetur in scripto ad Rubricam Rubricae hujus, quo nomen memorabatur, divisionem, in quantum Proprietarius domus Ignobilis erat, et in domo illa habitaret, pro ceteris Familiis conscribendis est, ejusque Phylae Tabellaris §<sup>o</sup> hoc t. insignientia, reliquarum ibi decentium Familiarum Phylae procedet. — Intra adiacentem Exemplificationem sub §<sup>o</sup> 1<sup>o</sup>

Si autem ipse Proprietarius domus Nobilis erat, tunc nobilis Persona, qua Proprietarii nomen in superiori Parte Rubricae solum designabitur, sed Phylae nullam accipiet, quia talis huius conscriptioni obnoxius non fuit. Si vero Ignobilis non in illa, quo conscribitur domo habitaret, praeter id, quod nomen eius in concernenti loco exponitur, adhuc etiam in eadem Rubrica, in qualinam loco, aut domo ille habitet, exponatur, alia autem et Domum inhabitantibus Familiis cum §<sup>o</sup> 1<sup>o</sup> inducenda veniet. — Intra hic adiacentem Exemplificationem sub §<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>

§ 2<sup>o</sup>

Ubi autem eadem domus ad plures spectaret Proprietarios, separatas Familias

conscribentur.



confines, si ho numerosiores sint, cuius se-  
parata Tabella danda, ac in quantum componen-  
sore hi in eadem domo, qua distincto Famia-  
lio habitant, sua serie succedentibus A<sup>o</sup>is Phyl-  
lero earundem insignientur, semperque compos-  
seoratus domus in intercalari 1<sup>o</sup> Rubrica spa-  
tio exprimitur, hique pro reliquis habitato-  
ribus inducentur. - Exemplificatio hujus §<sup>o</sup> 1<sup>o</sup>  
continetur in Tabella sub A<sup>o</sup> 3<sup>o</sup>.

Relate ad Domus, quo ad Capillos  
vel quacunqve alia de causa sub curatela  
conficiuntur homines spectant eadem plane rati-  
one, qua circa alios Proprietarios domus su-  
pra proscripsum habetur, sive illi domum  
suam incolant, sive non procedendum erit,  
sed una addendum, sub cuius Inscela Capil-  
li hi sint? - Continetur in Exemplo sub A<sup>o</sup> 4<sup>o</sup>.

§ 3<sup>o</sup>  
Quid autem huius Rubricae proad si-  
bi numerice succedentes Familias inferendum  
veniat, et ipsa Inscelatione Rubricae abunde  
liget, Nomen quippe, et cognomen cuiusvis In-  
dividui ignobilis ad conscribendam Familiam  
spectantis, ita tamen ut quovis et domum ean-  
dem inhabitantibus Familias suam distinctam  
Phyleram obtineat, nisi Familias plures in  
eadem

eadem Phylera locum haberent, quo in casu  
singula Familia in ea degens sub diversis  
sibi succedentibus, in ipsa inducitur, in quas  
Tabellas proles et diversis matrimoniis proge-  
natae, prout et extranei, qui subinde futura  
nomina habere svererunt, semper cum cogno-  
mine Patris illorum propriis, distinctivis cha-  
racteribus inferantur. - Speciat ad Exemplifica-  
tionem sub A<sup>o</sup> 3<sup>o</sup>:

§ 4<sup>o</sup>  
Quotum vero ipsam Individuorum  
ad satismodi Familias Tabellam inscriptionem  
attinet: ea quo sequuntur, monstrabuntur Prin-  
cipia. - Exemplum hujus §<sup>o</sup> 1<sup>o</sup> continetur in Tabella  
sub A<sup>o</sup> 4<sup>o</sup>:

a) Omnes ut jam §. 6. in Sectione 1<sup>o</sup>  
infirmitas est Fili-familias presentes, vel  
absentes in viventium Parentum suorum domo  
non tantum de nomine, sed in quantum separa-  
tam Familiam non consistunt, etiam jura  
clarificationem eorundem a Parentibus rescri-  
dam conscribantur, nam ubicatio, et Qualifica-  
tio absentium etiam Prolium apud Parentes  
semper maxime indagatur, et si convenienter  
me tota Ignobilium ad aliquam Jurisdictionem  
spectantium Populationis summa rescribi poterit  
unde.



unde sequitur etiam Proles Ecclesiasticum Status, vel Religiosum quempiam ordinem, aut militiam secutas nominemus esse inserentur, et id cum pro Ecclesiasticis, & Religiosis nulla Publica sit, in Publica, qualificationem Personarum indicante, tantum narrative exprimentum venire.

In quantum vero ex absentibus filijs aliqui separatam Familiam efficiunt, et vel in eodem, vel in alio loco degerent, tales de nomine, et cognomine cum connotatione Loci, et etiam numeri si in eodem loco, vel Jurisdictione degunt, in quantum sciri possent inducendi quidem venient, sed in quantum distinctam Familiam efficiunt, adeoque Filii familias esse ceperunt, clarificationem suam in propria Phylera accipient. —

b) Omnes Personae seu virilis in Hungaria, aut Partibus eidem adnexis progenitae, si Parentibus deficiantur, in domo illa, in qua dum conscriptio suscipitur, commorantur, conscribendi, & in concernenti Publicae qualificationis Publica denotandi erunt, consequenter ad internam Locum, in quo conscriptionis tempore reperiantur, populationem numerantur. Spectat ad exemplificationem sub No. 4. —

Si.

Si autem conscribentorum seu masculini Personarum Parentes, in alio Hungarico loco habitant, tunc eodem quidem ad Populationem Locum in quo habitant, et in quo conscriptio fit, hanc pertinent, et illa tamen consideratione, quod ubicatio illorum Parentibus refors ignota est, se possent, ne proximo quo facta conscriptionem effugiant, si etiam de nomine Tabella, ibi, ubi reperiantur, inserendi erunt, et una in Publica qualificationis adnotabitur, ad quendam cum, aut Jurisdictionem realiter spectent. —  
Continetur in Exemplificatione sub No. 4.

c) Cum autem Ignobiles honoratioris, utroque tam Regi, quam majoris castellanis, Diales officiales, Servitores item juxta dicentem stabiliam istam etiam conscribendi sint, isti autem sem in Regibus, aut Curialibus Domibus plerumque habitent, ideo, in quantum in propriis, aut domibus, ad Ignobiles pertinentibus non habitarent, tunc circa domus diales, in quibus degunt norma Sectione 1. §. 8. promissa observabitur, et in his degentes, juxta deductas Regulas suas consequenter Phyleras.

d) Extranei etiam omnes filii solummodo exceptis, qui per Transennam tantum, in aliquo loco constituentur, qua ad sectionem

Cont.



conscribendorum. eadem pertinentes Tabellis  
de nomine inserendi sunt.

§ 5.  
Sexus Femininus etiam Individualiter  
& nominatus est conscribendus, et quidem u-  
xor immediate post maritum, praesentes filii post  
filios, aut dum Pater, vel mater fam non est  
sua, & tamen in uno Pace vivunt, tunc Fratres  
tunc Sorores succedunt. - Juxta Exemplificationem  
Tabella sub No 5.

Ancilla, et alio Femella post omnes  
masculos eo speciali quoad femella, notato, quod  
silio emaritato, aut salibi vitam sustentantes,  
& vel pro semper absentes, aut annuo servitio  
observatis in Phyleam familia ad quam seors  
pertinerent inseri non debeant, sed in loco  
ubi erunt, et apud quem morantur in suis  
casuogovis referenda sint. - Vide Exemplificati-  
onem sub No 2. et lit. A.

§ 6.  
Vidua, sive proles habeat, sive non,  
sub mariti nomine, proprio autem cognomi-  
ne Phylea inseratur, proles autem sub nomi-  
ne mariti recensentur, in casu vero, ubi spu-  
cias habeat proles, Mater cum nomine, et cog-  
nomine suo, tales autem Proles cum nomine

et Cognomine, quod gerunt inserentur, ubi vero  
exposita proles Mater, & Pater desinunt sunt,  
et nomen nullum certum habent, tunc sub Con-  
scriptione usdem quodiam desunt, quod pro sta-  
bili retinebit. Juxta Exempl. Tabella sub No 6.  
§ 7.

Inscriptio Personarum se-  
quenti ordine procedit.

In domo quavis, inque Phylea No suo  
insignita, singula in illa degentium Familiarum  
primum accipit numerum, et quidem si propriam  
eius domum illam inhabitet, sub No reliqui  
vero successivis Nois signatis Phyleis, inseren-  
tur, et semper a Capite Familiae, id est a Pa-  
tre, aut hujus in defectu a Matre-famili-  
as fiat Inscriptionis initium. - Juxta Exam-  
plificationem Tabella sub No 7.

Si Familia tantum ex collateralibus  
agnatis, fratibus quippe, et sororibus consi-  
stat, semo alios superans primo loco ponitur  
Continetur Exemplum in Tabella sub No 5.

Post Patrem familias, et immediate post  
ipsam cum baptismali nomine conjugem,  
vel post viduam, ubi talis caput Familiae effi-  
cit, sequentur Filii praesentes, et absentes, jux-  
ta



justa seriem status, affectis specificis numeris  
 1<sup>o</sup> 2<sup>o</sup> 3<sup>o</sup>.

Si Filius Patris Familias uxoratus quidem sit, et proles habeat, aut cum Patre in eadem adhuc familia conuivat, tunc Proles illius immediate post ipsum, et Matrem eorum, modice tamen remotius a margine Pubricis, introsum personis inscribuntur, et post has iterum reliqui Filii ipsius Patris Familias sua serie consignantur. - Vide Exemplum in Tabella sub No. 4<sup>o</sup> quoad Familiam 2<sup>am</sup>. - Iuxta Exemplum sub No. 4<sup>o</sup>.

Ubi Pater Caput Familias constituit, fratres tantum in eodem pane uiuentes inscribendi erunt. Continetur in Exemplum sub No. 5<sup>o</sup>.

Post Filios Familias sequuntur Filii, quos si ad familiam spectant, consanguinei dem Sodales, Tyrones, et Serui ad Internam Populationem spectantes. Vide Exemplum in Tabella sub No. 4<sup>o</sup>.

Hos sequuntur cujuscunque conditionis extranei in eadem familia uiuentes. Spectat ad Exemplificationem sub No. 7<sup>o</sup>.

Postremo demique reliqua Personae sexus feminei, uti sunt lanilla &c. iuxta methodum preindigitam inseruntur. § 8.

§ 9<sup>o</sup>  
 Ceterum subintelligitur, quod relate ad hanc conscriptionis modalitatem plane eadem, qua supra dictum est ratione, cum Iudaeis familiis procedendum sit. Pariter sub No. 4<sup>o</sup>.

§ 10<sup>o</sup>  
 Secunda Pubrica continet annum natiuitatis. In hac Pubrica non status conscribenda, sed annus quo quisque nascebatur, designandus est. Eque in Exemplum No. 4<sup>o</sup>.

Ubi dubium de statu conscribendi eorum, ad matriculas Parochorum recurrendum erit, unde sequitur, Parochum conscriptoribus adiungendum esse. Continetur in Exemplificatione sub No. 6<sup>o</sup>.

Si autem nulla plane de statu conscribendi data proferantur, tunc annus natiuitatis illius et ipso Personae conspectu discernendus est.

Relate demum ad Personas sexus feminei descriptio status necessaria non est.

### § 10<sup>o</sup> Generale

Tertia Pubrica continet qualificationem Individuorum. In hac Pubrica denotatur.

Utrum, an quippe Persona, quae conscribitur, Ecclesiastica, aut Secularis, colens, uxorata, aut uirga sit. - Generale. P



2) Conditio, uel officium, gratia, officium, vel qualecunque denuum alium vivendi genus, quo semper, hic in specificis designanda ratio plus erunt, quod et his debite cognitio in ratione naturalis / cultura adaptata notitia hauriri possit.

Generale. 3) Iudex provia, hic illi, qui Parentibus orbati jam sunt, cum Parentibus orbatus inscribuntur, si etiam proles mascula extra matrimonium progenita, in hac Rubrica verbo Spurius denotantur. Continetur in Exemplificatione sub No. 3. & 6.

4) Huc etiam commorabitur absentia conscribendi a Familia sua una cum ubicationis sub loco, et si possibile est etiam No. aut ubi ubicatio ignota est, cum declaratione, quod illa lateat. Exemplum continetur in Tabella sub No. 4.

5) Illi porro, qui postremis Insurrectionibus per Comitatus ea cum Asseruatione statuti sunt, quod illi a Statutione pro regulari militia in peccatum exempti habeantur, hic casus communitati veniant. Exemplum in Tabella sub No. 5. videri potest.

6) Similiter plane in hac Rubrica cum Erroneis, et Iudicis procedendum erit, eo quoad erraneos declaratos, quod:

a)

a) Post 10 annorum domicilium in Regno Hungarico nemo amplius pro erraneo haberi possit.

b) Etiam si Neo-advena sit, sed certam conditionem cum animo permarendi contestatus est, uel colonicalem, uel Inquilinarem amplectus est, aut Jus concivilitatis, aut Magisterii in Regno obtinuit, esto pro erraneo censendus non sit, adeoque gra. intransiens considerandus, & conscribendus esse concludi debet; sed tamen cum talis et conditionibus, quae cum immigratione in favorem eius concessa sunt, uel immunitate ad certos annos a Contributione, & signanter a Statutione pro Tyrone militari, ne dum calculum politicum, quoad omnes Status Publici necessitates, intrare possit, ideo tantisper ad Rubricas Classificationum populationis intransiens non inducetur, sed ad Rubricam erraneos domicilia, suis numerice referent, qualificatio autem talis domiciliati et Rubrica qualificationis, quoad conditionem, et circumstantias suas facili negotio cognosci potest, si hujus classis hominum inveniatur, calculus politicus subvertatur. Exemplum sub No. 7.

c) Et hinc in quantum cum assumptione conditionis certos annos immunitatis, signanter a Statutione militari quisquam ex his obtinuit, talis immunitas in Rubrica hac qualificationis discrete exprimentur.



Quod extraneus vero sive tales in id in  
 Rubrica qualificationis attendendum erit, ut expo-  
 natur, ad quam Provinciarum hereditariarum quae  
 se Germanicarum, vel forte ad aliam, et quae Po-  
 pulationem pertinentem spectat. Exemplificatio conti-  
 netur in Tabella sub No. 1. & 7.

### Generale

